

quo eū laborare usque ad mortē uiderant. **Q**uid  
autē nos nisi nr̄i capitis <sup>id est xpi</sup> membra sumus. per lin  
teamina itaque corporis laborū ligamenta signan  
tur. que nunc electos omnes id est eius membra  
constringunt. **S**udariū ergo quod fuerat super  
caput eius. seorsum inuenitur. quia ipsa redem  
ptoris nr̄i passio. longe a nr̄a passione disiuncta  
est. quoniā ipse sine culpa pertulit. quod nos  
cū culpa toleramus. **I**pse sponte morti succūbere  
uoluit. ad quā nos uenimus inuiti. **S**equitur.

**T**unc ergo introuit & ille discipulus. qui uenerat  
prior ad monumentū. **P**ostquā intrauit petrus.  
Ingressus est & iohannes. posterior intrauit.  
qui prior uenerat. **N**otū fratres est. quod in  
fine mundi ad redēptoris fidē etiā iudea col  
ligitur. **P**aulo attestante qui ait. **D**onec ple  
nitudo gentiū intraret. & sic omnis israhel sal  
uus fieret. **E**t uidit & credidit. **Q**uid fratres.  
quid aestimandus est credidisse. **N**umquid quia  
dn̄s resurrexerat quē querebat. **N**on utique  
quia adhuc tenebre erant ad monumentum.  
et subiuncta quoq; uerba contradicunt cum  
dicitur. **N**ondū enī sciebant scripturas. quia



oportere eum a mortuis resurgere. **Q**uid ergo uidit.  
et quid credidit. Uidit lintheamina posita & credi-  
dit quod mulier dixerat. de monumento dominum fuisse  
sublatum. **Q**ua in re diuine dispensationis magnitu-  
do pensanda est. quod discipulorum corda & accen-  
duntur ut querant. & differuntur ne inueniant.  
**Q**uatenus infirmitas animi ipso suo merore cruciata.  
purgatio ad inueniendum fiat. & tanto ualidius  
teneat cum inuenierit. quanto tardius inuenit  
quod querebat. **H**ec fratres karissimi sub breui-  
tate de euangelica lectione transcurramus.  
**N**unc restat ut de ipsa tante sollempnitatis nobili-  
tate aliquid loquamur. **H**anc enim recte nobi-  
litatem sollempnitatis dicam. quia sollempnitates ce-  
teras ante cedit. **S**icut enim in sacro eloquio  
sancta sanctorum uel cantica canticorum pro sui magnitu-  
dine dicuntur. Ita hec festiuitas recte dici  
potest sollempnitatis sollempnitatum. **E**x hac quip-  
pe sollempnitate exemplum nobis resurrectionis di-  
ctum est. spes celestis patrie aperta. & facta su-  
perni regni iam presumptibilis gloria. **P**er hanc  
electi qui quamuis in tranquillitatis sinu. tamen  
apud inferni claustra tenebantur. ad paradysi

2  
amotna reducti sunt. Quod ante passionē dixit.

In resurrectione sua dñs impleuit. Si exalta  
tus fuero a terra omnia traham ad me ipsum.

**O**mnia & enī traxit. qui de electis suis apud Infe  
ros nullū reliquit. Omnia abstulit. utique electa.

**N**equē et enī infideles quosque. & pro suis crimi  
nibus aeternis supplicis deditos. adueniā dñs  
resurgendo reparauit. Sed illos ex inferni clau  
stris rapuit. quos suos infide & actibus reco  
gnouit. Unde recte etiā per osee dicit.

**E**ro mors tua o mors. ero morsus tuus Inferne

**I**d namq; quod occidimus agimus. ut penitus  
non sit. ex eo et enī quod mordemus. partē

abstrahimus. partēq; relinquimus. Quia  
ergo In electis suis funditus occidit mortē

mors mortis extitit. Quia uero ex inferno par  
tē abstulit. et partē reliquit. non occidit fun  
ditus. sed momordit infernū.

**A**it ergo. **E**ro  
mors tua o mors. Ac si aperte dicat. Qui in ele  
ctis meis te funditus perimo. ero morsus tuus

Inferne. quia sublati eis. te ex parte transfigo.

**Q**ue est ergo ista sollempnitatis que inferni claustra  
destruxit. et ianuas nobis regni celestis aperuit.

**I**nquiratur subtilius nomen<sup>· eius</sup>· requiratur egregius  
predicator· **V**ideamus quid de eius estimatione de  
nunciet· **A**it enī· **E**t enī pascha nrm· immolatus  
est xpc· **S**i igitur pascha xpc· pensandū nobis est  
quid de pascha lex loquitur· ut indagemus subti  
lius· an de xpo dicta uideantur· **M**oyse quippe  
ait· **S**ument de sanguine agni ac ponent super  
utrūque postē· et insuper luminaribus domorum·  
In quibus comedent illū· **E**t edent carnes nocte  
illa assas igni· & azimos panes cū lactucis agre  
tibus· **N**on comedetis ex eo crudū quid· nec co  
ctum aqua· sed assū tantū igni· **C**aput cū pe  
dibus eius et intestinis uorabitis· nec remanebit  
ex eo quicquā usque mane· **S**iquid residuum  
fuerit· igni comburetis· **V**bi & additur· **S**ic au  
tē comedetis illum· renes urōs accingetis· cal  
ciamenta habebitis in pedibus uris· tenentes  
baculos in manibus· & comedetis festinantes·  
**Q**ue uidelicet omnia magnā nobis aedificationē  
pariunt· si fuerint mystica Interpretatione dis  
cussa· **Q**uid namque sit sanguis agni· non iam  
audiendo sed bibendo didicistis· **Q**ui sanguis su  
per utrūque postem ponitur· quando

3  
non solū ore corporis. sed etiā ore cordis hau-  
ritur. **I**n utroque et enī postea agni sanguis est  
positus. quando sacramentū passionis illius cū  
ore ad redēptionē sumitur. ad imitationem  
quoq; intentā mente cogitatur. **N**am qui  
sic redēptoris sui sanguinē accipit. ut imitari  
passionē illius nec dū uelit. In uno postea sanguinē  
posuit. **Q**ui etiā Insuper luminaribus domorum  
ponendus. quid enī spiritualiter domos. nisi men-  
tes nrās accipimus. In quibus per cogitationem  
In habitamus. **C**uius domus super-luminare est  
ipsa Intentio. que preminet actioni. **Q**ui igitur  
Intentionē cogitationis sue ad imitationē domi-  
nicę passionis dirigit. Insuper luminare domus.  
agni sanguinē ponit. **U**el certe domus nostre  
ipsa sunt corpora. In quibus quousque uiuimus  
habitamus. **E**t insuper luminare domus agni  
sanguinē ponimus. quia crucē passionis illius  
In fronte portamus. **D**e quo adhuc agno sub-  
ditur. **E**t edent carnes nocte illa astra igni.  
**I**n nocte quippe agnū comedimus. qui In sa-  
cramento modo dominicū corpus accipimus.  
quando adhuc ab inuicē nrās consciencias

non uideamus. **Q**ue tamen carnes igni assan-  
de sunt. quia nimirū dissoluit carnes quas  
aqua coxerat. **Q**uas uero ignis sine aqua ex-  
coquit roborat. **C**arnes itaq; agni nr̄i ignis  
coxit. quia eū ipsa uis passionis illius adre-  
surrectionem ualentiores reddidit. atq;  
ad incorruptionē roborauit. **Q**ui enī ex  
morte conualuit. uidelicet carnes illius  
ab igne duruerunt. **U**nde etiā per psalmistā  
dicitur. **E**xaruit uelut testa uirtus mea.  
**Q**uid nāq; testa est ante ignē. nisi molle lutū. sed ei  
ex igne agitur ut solidetur. **U**irtus ergo humani-  
tatis eius uelut testa exaruit. quia ab igne pas-  
sionis ad uirtutē incorruptionis creuit. **S**ed sola  
redēptoris nr̄i percepta sacramenta. ad ueram  
sollēpmitatē mentis non sufficiunt. nisi eis quoq;  
et bona opera iungantur. **Q**uid enī prodest cor-  
pus et sanguinē illius ore percipere. & ei per-  
uersis moribus contraire. **U**nde bene <sup>adhuc</sup> ad come-  
dendū subditur. **E**t azimos panes cū lactucis  
agrestibus. **P**anes quippe sine fermento come-  
dit. qui recta opera sine corruptione uane  
glorie exercet. **Q**ui mandata misericordie

4

sine admixtione peccati exhibet. ne per uerse diripi  
at. quod quasi recte dispensat. **H**oc quoq; peccati  
fermentū bonę suę actioni miscuerant. Quibus pro  
phete uoce per increpationē dñi dicebat. **V**enite  
ad bethel. & impie agite. **A**tq; post pauca. & sa  
crificate de fermento laudē. **D**e fermentato  
namq; laudē immolat. qui dō sacrificiū de rapi  
na parat. **L**actuce uero agrestes. ualde amare  
fuit. **C**arnes uero agni cum lactucis agrestibus  
sunt edende. ut cū corpus redēptoris accipimus.  
nos pro peccatis nr̄is infletibus affligamus.  
**Q**uatenus ipsa amaritudo penitencie abstergat  
a mentis stomacho peruerse humorē uitę;  
**U**bi & subditur. **N**on comedetis ex eo crudū.  
quid neque coctū aqua. **E**cce iā nos ipsa uer  
ba hystorie ab intellectu historico repellunt  
**N**ūquid fratres karissimi israhelicus ille populus  
in egypto constitutus. comedere agnū crudū.  
consueuerat. ut ei lex dicat. **N**on comedetis ex  
eo crudū quid. **U**bi & additur. **N**eque coctū  
aqua. **S**ed quid aqua. nisi humanā scienciā de  
signat. **I**uxta hoc quod per salomonē sub  
hereticorū uoce dicitur. **A**tque furtiue dul

cioreſ ſunt. **Q**uid crude agni carnes. niſi in conſide-  
rata ac ſine reuerencia cogitationis relictā illius  
humanitate. <sup>ſignificant.</sup> **O**mne eni quod ſubtiliter cogita-  
mus. quaſi mente coquimus. **S**ed agni caro nec  
cruda edenda eſt. nec aqua cocta. quia redē-  
ptor noſter. neque purus homo eſtimandus  
eſt. neque per humanā ſapienciā. qualiter in  
carnari dī potuit cogitandus. **O**mnis enī qui  
redēptorē nr̄m purū hominē credit. **Q**uid iſte  
aliud quā agni carnes crudas comedit. **Q**uaſ  
uidelicet coquere per diuinitatis eius intel-  
legenciā noluit. **O**mnis uero qui incarnatio-  
nis eius myſteria iuxta humanā ſapienciā  
diſcutere conatur agni carnes aqua uult  
coquere. **I**d eſt diſpenſationis eius myſte-  
riū. per diſſolutā uult ſcienciā penetrare.  
**Q**ui igitur paſchalis gaudi ſollēpnitatē  
celebrare deſiderat. agnū nec aqua co-  
quat. nec crudū comedat. **U**t neque per  
humanā ſapienciā profunditatē incar-  
nationis illius penetrare appetat. **N**e-  
que in eū tāquā in hominē purū credat.  
ſed aſſas igni carnes comedat. ut diſpen-



5  
sari omnia per sc̄i sp̄s potenciā sciāt. De quo  
adhuc recte subiungitur. **C**aput cū pedi-  
bus & Intestinis uorabitur. Quia redēptor  
noster est, alfa & o. d̄s uidelicet ante se-  
cula & homo Infine seculorū. **C**aput er-  
go agni uorare est diuinitatē illius fide  
percipere. **P**edes uero agni uorare est uesti-  
gia humanitatis eius amando & imitando per-  
quirere. **Q**uid uero sunt Intestina nisi uerbo-  
rū eius occulta & mystica mandata. **Q**ue tunc  
uoramus cū uerba uite cū auiditate sumimus.  
**I**n quo deuorationis uerbo. quid aliud quam  
pigricie nr̄e. corporis reprehenditur. qui  
eius uerba atque mysteria. & per nosmet  
ipsos non requirimus. & dicta ab aliis audimus  
Inuiti. **N**on remanebit ex eo quicquā <sup>usq;</sup> mane.  
**Q**uia eius dicta magna sollicitudine discuci-  
enda sunt. **Q**uatenus prius quā dies resurre-  
ctionis appareat. In hac presentis uite no-  
cte. om̄a mandata illius Intellegendo  
& operando penetrentur. **S**ed quia ual-  
de est difficile. ut omne sacrū eloquiū  
possit Intellegi. & omne eius mysterium.

penetrare. Recte subiungitur. **S**iquid aut reman-  
serit. igni comburetis. **Q**uod <sup>ex</sup> agno remanet igni  
conburimus. quando hoc quod de mysterio Incar-  
nationis eius intellegere & penetrare non possu-  
mus. Potestati sci sp̄i humiliter reseruamus. vt non  
superbe quis audeat uel contempnere uel de nun-  
ciare. quod non intelligit. sed hoc igni tradat.  
cū scō sp̄u reseruat. **Q**uia igitur qualiter eden-  
dū sit <sup>p̄ pascha</sup> cognouimus. nunc a qualib; edi debeat agno-  
scamus. **S**equitur. **S**ic aut comedetis illū. renes  
uōs accingetis. **Q**uid Inrenibus. nisi delectatio  
carnis accipitur. **V**nde & psalmista postulat dicens.  
**V**re renes meos. **S**i enī uoluptatē libidinis Inreni-  
bus esse nesciret. eos uri minime petisset. **V**n-  
de quia potestas diaboli Inhumano genere  
maxime per luxuriā preualuit. de illo. uoce  
dominica dicitur. **P**otestas eius in lūbis eius.  
**Q**ui ergo pascha comedit. renes accinctos habe-  
re debet. ut qui sollemnitate resurrectionis.  
atq; In corruptionis agit. corruptioni iam per-  
uicia nulli sub iaceat. uoluptates edomet.  
carnē a luxuria restringat. **N**eque & enī  
cognouit que sit sollemnitas In corruptionis.

6  
qui adhuc per incontinentiam corruptioni subiacet.  
**H**ec quibusdam dura sunt. sed angusta porta est que  
ducit ad vitam. **E**t habemus iam multa exempla  
continentium. **U**nde bene adhuc subditur.

**C**alciamenta habebitis in pedibus. **Q**uid sunt & enim  
pedes nostri. nisi opera. **Q**uid uero calciamenta. nisi  
pelles mortuorum animalium. **C**alciamenta autem pedes  
muniunt. **Q**ue uero sunt mortua animalia. ex quo  
rum pellibus. nostri muniuntur pedes. nisi antiqui patres  
qui nos ad aeternam patriam precesserunt. **Q**uorum  
dum exempla conspiciamus nostri operis pedes munimus.

**C**alciamenta <sup>ergo</sup> in pedibus habere est. mortuorum uitam  
conspicere. & nostra uestigia a peccati uulnere cu  
stodire. **T**enentes baculos manibus. **Q**uid lex per  
baculum. nisi pastoralem custodiam designat. **E**t no  
tandum quod prius precipimus renes accingere  
postmodum baculos tenere. **Q**uia illi debent  
curam pastoralem suscipere qui iam in suo corpo  
re sciunt fluxa luxurie domare. **U**t cum ali  
is forcia predicant. ipsi desideris mollibus ener  
uiter non succumbant. **B**ene autem subditur.  
**E**t comedetis festinantes. **N**otate fratres.  
quod dicitur. **F**estinantes mandata domini mei

sterna redēptoris celestis patrie gaudia cū festinatio  
ne cognoscite. & precepta uite cū festinatione im  
plere curate. **Q**uia enī adhuc hodie licet bene age  
re scimus utrū cras liceat ignoramus. **F**estinantes  
ergo pascha comedite. id est ad sollemnitate cele  
stis patrie anhelate. **N**emo in huius uite tēne  
re torpeat. ne in patria locū perdat. **N**emo  
moras ad appetenda studia innectat. sed cepta  
perficiat. **N**eminime liceat implere quod in  
choat. **S**i ad amorē dī pigri non sumus. adiu  
uat ipse quē amamus. ih̄s xp̄s dñs noster. qui  
uiuit & regnat cū patre in unitate sp̄s sc̄i dī  
per om̄a secula seculorū amen. **Expt. OM̄I. xxii.**

**I** FERIA II. LECT. SC̄I EUVANGEL. SECVNDV̄ LVCAM

**I**nitio. **D**uo ex discipulis ih̄u ibant ipsa die in castel  
lū. quod erat in spatio stadiorū sexaginta ab hie  
rusalē. nomine emmaus. **E**t ipsi loquebantur ad  
inuicē. de his omnibus que acciderant. & retq.  
**I**n cotidiana uobis sollemnitate laborantibus pau  
ca loquenda sunt. **E**t fortasse hec utilius pro  
derunt. quia sepe & alimenta que minus  
sufficiunt auidius sumuntur. **L**ectionis ergo  
euangelice sumati sensū statim non per

4  
singula uerba discutere ne dilectione uestra ualeat  
sermo prolixior expositionis onerare. **E**cce audistis  
fratres karissimi quia duobus discipulis ambulanti-  
bus inuia non quidem credentibus sed tamen de  
se loquentibus dñs apparuit. sed eis specie quam  
recognoscerent non ostendit. **H**oc ergo egit dñs  
foris in oculis corporis. quod apud ipsos agebatur  
intus in oculis cordis. **I**psi nãque apud semet ipsos  
intus & amabant. & dubitabant. **E**us autē dñs &  
foris presens aderat. & quis esset non ostendebat.  
**D**e se ergo loquentibus presenciam exhibuit. sed  
de se dubitantibus cognitionis sue speciem ab-  
scondit. **U**erba quidem contulit. duriciam intel-  
lectus increpauit. scripture sacre mysteria que  
de se ipso erant aperuit. **E**t tamen quia adhuc  
in eorū cordibus peregrinus erat a fide ire se longi-  
us finxit. **P**ingere nãque componere dicimus.  
**V**nde & compositores lutifigulos uocamus. **N**ihil  
ergo simplex ueritas per duplicitatem fecit.  
sed tale se eis exhibuit in corpore. qualis apud  
illos erat in mente. **P**robandi autē erant  
sibi qui eū <sup>negligerent</sup> sic si dñm diligerent. saltem ut  
peregrinū amare potuissent. **S**ed quia esse

extranei a caritate non poterant. In cū quibus ueritas  
gratificabatur. eū adhospiciū quasi peregrinum uocant.  
**C**ur autē dicimus uocant. cū illic scriptū sit. & coegerunt  
eum. **E**x quo nimirū exemplo colligitur. quia per  
egrim adhospiciū non solū imitandi sunt. sed etiam  
trahendi. **M**ensam ponunt cibos offerunt. & dñm  
quē in scripture sacre expositione non cognouerant.  
In panis fractione cognoscunt. **A**udiendo ergo  
precepta dī inluminati non sunt. faciendo inlumi  
nati sunt. quia scriptū est. **N**on auditores legis  
iusti sunt apud dñm. sed factores legis iustificabun  
tur. **Q**uisquis ergo uult audita intellegere. fe  
stinet ea que iam intellegere potuit opere im  
plere. **E**cce dñs nōn est cognitus dū loqueretur.  
& dignatus est cognosci dū pascitur. **H**ospita  
litatē ergo karissimi fratres diligite. caritatis  
opera amate. **H**inc enī per paulū dicitur. **C**ari  
tas fraternitatis maneat in uobis. & hospitali  
tatē nolite obliuisci. **P**er hanc enī placuerunt  
quidā angelis hospicio receptis. **H**inc petrus  
ait. **H**ospitales inuicē sine murmuratione.  
**H**inc ipsa ueritas dicit. **H**ospes fui & suscepistis  
me. **O**pinata est res ualde & seniorū nrōrū

relatione nobis tradita. **Q**uidā pater familias cū tota  
domo sua magno hospitalitatis studio seruebat. **C**ūq;  
cotidie ad mensā suā peregrinos susciperet. quodam  
die peregrinus quidā inter alios ad mensā ductus  
est. **D**ūque pater familias ex humilitatis consue-  
tudine aquā uellet in eius manibus fundere con-  
uersus urteū suscepit. sed repente eū in cuius ma-  
nibus aquā fundere uoluerat non inuenit.

**C**ūque hoc factū secū ipse miraretur. eadē nocte  
ei dñs per uisionē dixit. **E**teris diebus me in me-  
bris meis suscepisti. hesternō autē die me in memet  
ipso suscepisti. **E**cce in iudiciū ueniens dicit. **Q**uod  
unū ex minimis meis fecistis. mihi fecistis. **E**cce an-  
te iudiciū cū per membra sua suscipitur. suscepto-  
res suos etiā per semet ipsū requirit. & tamen  
nos ad hospitalitatis gratiam pigri sumus. **P**ensate  
fratres. quanta hospitalitatis uirtus sit. ad men-  
sas uras xp̄m suscipite. ut uos ab eo suscipi ad con-  
uiuia eterna ualeatis. **P**rebete modo peregrino  
xp̄o hospicium. ut uos in iudicio non quasi  
peregrinos nesciat. sed ut proprios recipiat  
ad regnum.

**EXPLICIT OMELIA III. FERII III.**  
**LEO S. C. IN VANGELII SECUNDU LUCAM**

**I**n isto **M**anifestavit se petrus ihc discipulus  
suis ad mare tyberiadis manifestavit autē sic

**E**rant autē simul simon petrus & thomas qui di-  
citur didimus & nathanael qui erat a chana  
galilee & filii zebedei & alii ex discipulis  
eius duo. **D**icit eis simon petrus. **V**ado piscari.  
**D**icunt ei. **V**enimus & nos tecū & reliqua.

**L**OMELIA LECTIIONIS EIVSDE BEATI GREG PAP

**L**ectio scī euuangelii que modo in urīs auribus  
lecta est fratres mei. questione animū pulsāt sed  
pulsatione sua uim discretionis indicat. **Q**ueri  
& enī potest. cur petrus qui piscator ante con-  
uersionē fuit. post conuersionē ad piscationē  
redit. **E**t cū ueritas dicat. **N**emo mittat manū  
suā in aratrū & respiciens retro aptus est regno  
dī. **C**ur repetit quod dereliquit. **S**ed si uir-  
tus discretionis inspicitur. cicius uidetur. **Q**uia  
nimirū negociū quod ante conuersionē sine pec-  
cato extitit. hoc etiā post conuersionē repetere  
culpa non fuit. **N**ā piscatorē petrū macheū  
uero theloneariū scimus. **E**t post conuersionē  
suam ad piscationē suā petrus redit. macheus  
uero ad thelonei negociū non resedit. **Q**uia



9  
& aliud est per piscationē querere. aliud theloni  
lucris pecunias augere. **S**unt enim pleraq; negocia  
que sine peccatis exhiberi. aut uix aut nullatenus  
possunt. **Q**ue ergo ad peccatū implicant. ad hec  
necesse est ut post conuersionē animus non recur  
rat. **Q**ueri etiā potest. cur discipulis in mari  
laborantibus. post resurrectionē suā dñs in li  
tore stetit. qui ante resurrectionē suā discipulis  
in fluctibus maris ambulauit. **C**uius rei ratio  
festine cognoscitur. si ipsa que tunc inerat cau  
sa pensetur. **Q**uid & enim mare. nisi presens secu  
lum signat. quod se causarū tumultibus. & un  
dis uite corruptibilis illidit. **Q**uid per solidita  
tē litoris. nisi illa perpetuitas quietis eterne  
figuratur. **Q**uia igitur discipuli adhuc fluctibus  
mortalis uite inerant. in mari laborabant.  
**Q**uia autē redēptor noster iam corruptionem  
carnis excesserat. post resurrectionē in litore  
stabat. **A**c si ipsū resurrectionis sue mysteriū  
rebus discipulis loqueretur dicens. **I**am uobis  
in mari non appareo. quia uobiscū in pertur  
bationis fluctibus non sū. **H**inc est quod alio

In loco post resurrectionē eisdē discipulis dicit.  
**H**ec sunt uerba que locutus sū apud uos. cū adhuc  
essē uobiscū. **N**eque enī cū ipsis non erat. qui  
bus presens corporaliter apparebat. sed tamen  
iam se esse cū ipsis denegat. a quorū mortali  
corpore carnis immortalitate distabat. **Q**uod  
illic cū ipsis positus. fateretur non se esse cū ipsis.  
hoc quoq; hic situ corporis indicat. cū adhuc na  
uigantibus se esse iam in litore demonstrat.

**F**actū est discipulis piscationis magna difficultas  
ut magistro ueniente fieret & admirationis ma  
gna sublimitas. **Q**ui protenus dixit. **M**ittite  
in dexterā nauigii rete. & inuenietis. **B**is in  
scō euuangelio legitur. quia dñs iussit ut ad  
piscandū retia mitterentur. **A**n̄te passionem  
uidelicet. & post resurrectionē. **S**ed prius  
quā redēptor noster pateretur & resurge  
ret. mittere quidem rete ad piscandū iubet.  
sed utrū in dexterā an̄ in sinistra mittere debu  
isset non iubet. **P**ost resurrectionē uero disci  
pulis apprensus. mittere rete in dexterā iubet.  
**I**n illa piscatione tanti capti sunt ut retia

10  
rumperentur. In ista autē & multi capti sunt. &  
retia rupta non sunt. Quis uero nesciat bonos dex-  
tera<sup>&</sup> malos sinistra figurari. Illa ergo piscatio  
in qua specialiter in quā partē rete mitti debe-  
at. non iubetur. presentē ecclesiā designauit.  
que bonos simul ac malos colligit. Nec eli-  
git quos trahat. quia & quos eligere possit  
ignorat. Hec autē piscatio post dñi resur-  
rectionē facta in solā dexterā missa est.  
quia ad uidendā claritatis eius gloriam  
sola electorū ecclesia pertingit. qui de  
sinistro opere nil habebit. In illa piscatione  
pre multitudine pisciū rete rūpitur. quia  
nunc ad confessionē fidei etiam cū electis  
rebrobi tanti intrant. qui ipsā quoq; eccle-  
siam heresibus scindant. In ista uero piscatio-  
ne & multi pisces & magni capiuntur. &  
rete non rumpitur. quia scā electorum  
ecclesia. Incontumua auctoris sui pace requi-  
escens. nullus iam dissensionibus dilamatur.  
Captis autē tā magnis piscibus ascendit  
symon petrus. & traxit rete in terram.

**I**am credo quod ur̄a caritas aduertit. quid est  
quod petrus rete ad terrā trahit. **I**psi quip  
pe scā ecclesia est cōmissa. ipsi specialiter di  
citur. **S**imon iohannis amas me. pascere oues  
meas. **Q**uod ergo postmodū apertur Inuoce.  
hoc nunc signat In opere. **Q**uia igitur predi  
cator ecclesie. nos a mundi huius fluctibus  
separat. nimirū necesse est. ut rete plenū pis  
cibus petrus ad terrā ducat. **I**psē enī pisces  
ad soliditatē litoris pertrahit. quia scē pre  
dicationis uoce. stabilitatē eterne patriae  
fidelibus ostendit. **H**oc egit uerbis. hoc  
epistolis. hoc agit cotidie miraculorum  
signis. **Q**uociens per eū ad amorē quietis  
eterne conuertimur. quociens a terrenarū  
rerū tumultibus separamur. quid aliud quā  
missi Intra rete fidei pisces ad lītus trahimur.  
**S**ed cū rete plenū magnis piscibus dicitur.  
additur & quantus. **S**cilicet centū quinquā  
ginta tribus. **A** magno mysterio numerus  
non uacat. sed intentos uos tanti mysterii  
profunditas expectat. **N**eque & enī quanti

tatis sumā sollerter euangelista exprimeret. //  
nisi hanc sacramento plenā esse iudicasset. **S**citis  
nāque quod in testamento ueteri omnis operatio  
per decalogi mandata precipitur. **I**n nouo autē  
eiusdē operationis uirtus. per septiformem  
graciā sp̄s sc̄i multiplicatis fidelibus datur.  
**Q**uē propheta denunciāns dicit. **S**p̄s sciētiāe  
& pietatis. & repleuit eū sp̄s timoris dñi. **S**ed  
ille in hoc sp̄u operationē percipit. qui fidē  
trinitatis agnoscit. **U**t & patrē & filiū & eun  
dē sp̄m sc̄m unus uirtutis credat. unus sub  
stantiē esse fateatur. **Q**uia igitur septē que  
supernus diximus. per nouū testamētū lacus  
data sunt. **D**ecē uero per uetus precepta  
omnis nr̄a uirtus & operatio per decē &  
septē potest plene comprehendī. **D**ucamus  
ergo per trigonū decē & septē. & ueniunt  
quingenta unū. **Q**ui profecto numerus.  
a magno mysterio non uacat. **Q**uia in testa  
mento ueteri legimus. quod annus quinquā  
gesimus iubeleus uocari iussus est. In quo ui  
delicet cunctus populus ab omni operatione  
**S**p̄s sapiētiē & intellectus. sp̄s consilii & fortitudinis.

quiesceret. **S**ed uera requies in unitate est. diuidi  
quippe unū non potest. **V**bi enī scissura diuisionis  
est. uera requies non est. **D**ucamus ergo per  
trigonū quinquaginta & unū. & fiunt centū  
quinquaginta tres. **Q**uia igitur & omnis  
nrā operatio infide trinitatis exhibita.  
ad requiē tendit. septē & decē ter ducimus  
ut ad quinquaginta & unū uenire debeat  
mus. **E**t uera nrā requies tunc est. cū ipsā  
iam claritatē trinitatis agnoscimus. quam  
in unitate diuinitatis esse certū tenemus. **E**t

**P**ost resurrectionē ergo dñi missū rete dignū  
fuit. ut tot pisces caperet. quot solūmodo  
electos ciues superne patrie designaret.

**I**nter hec uero & hesternā scī euangelii le  
ctio & hodierna nos admonet. ut uigilan  
ter debeamus inspicere. cur dñs & redēptor  
noster post resurrectionē suā piscē assū legi  
tur comedisse. **N**on enī uacat amysterio.  
quod iteratur in facto. **I**n hac & enī lectio  
ne panē & assū piscē. In illa uero que hester  
no die lecta est. cū assū piscē etiam fauim

**Q**uinquaginta & unū ter ducimus. & electo  
rū sūmā in supna patria. quasi centū quinquā  
ginta & triū piscū numerū tenemus;

mellis comedit. **Q**uid autē signare credimus  
 piscem assū. nisi ipsū mediatorē dī & hominū  
 passū. **I**psē enī latere dignatus est In aquis  
 generis humani. capi uoluit laqueo mortis  
 nrē. & quasi tribulatione affatus est tēpo  
 re passionis sue. **S**ed qui piscis assus fieri di  
 gnatus est in passione sua. fauus mellis nobis  
 exercit In resurrectione. **A**n qui in pisce assus  
 figurari uoluit. tribulationē passionis suae.  
 In fauo mellis utrāq; naturā exprimere uolu  
 it. persone sue. **F**auus quippe mel In cera est.

**M**el uero In cera est. diuinitas In humanitate.  
 quod ab hac quoque lectione non discrepat. Nam  
 piscē comedit & panē. **Q**ui enī assus ut piscis po  
 tuit ex humanitate. pane nos reficit ex diuinita  
 te. **Q**ui ait. **E**go sū panis uiuus. qui de celo de  
 scendi. **A**ssū ergo piscē comedit & panē. ut ipso  
 suo cibo nobis ostenderet. quia & passionē ex nrā  
 humanitate pertulit. & refectiōnē nrām ex  
 sua diuinitate procurauit. **Q**uod si uigilanter  
 inspicimus. nobis quoq; qualiter admittandū  
 congruat uidemus. **S**ic enī sua redēptor indicat.

ut imitationis uiam nobis sequentibus sternat.

**E**cce incubo suo dñs noster. pisces ad se conuigere fauū uoluit. **Q**uia uidelicet illos in suo corpore ad eternā quietē suscipit. qui cū hic tribulationes pro dō sentiunt. ab amore interne dulcedinis non recedunt. **C**um ad se pisces fauus sumitur. quia qui hic ad afflictionē pro ueritate suscipiunt. illic dulcedine uera faciantur.

**N**otandū quoq; quod ultimū conuiuium dñs cū septē discipulis habuisse describitur. **P**etrus nāq; & thomas nathanahel filii zebedei & alii ex discipulis eius duo. In eo fuisse memorantur. **C**ur cū septē discipulis ultimū conuiuium celebrat. **N**isi quod eos tantūmodo qui septiformis gracia scī sp̄s pleni sunt. futuros secū in eterna refectione denunciat. **S**eptē quoq; diebus hoc tēpus uoluitur. & sepe septinario numero perfectio designatur. **I**lli ergo ultimo conuiuio. de presentia ueritatis epulantur. qui nunc perfectio<sup>studio.</sup> nis terrena transcendunt. quos mundi huius amor non ligat. quibus & si ut cumque



per tēptamenta obstrepit · coepta tamen  
 corū desideria non retundit · De hoc extre  
 mo conuiuio · alias per iohannē dicitur · **B**eati  
 qui ad cenā nupciarū agm uocati sunt · Idcirco  
 enī ad prandīū sed ad cenā uocatos narrat · quia  
 nimirū infine diei conuiuū cenā est · **Q**ui ergo  
 finito presentis uite tēpore · ad refeccionē super  
 ne contēplationis ueniunt · non ad agm prandīū  
 sed ad cenā uocantur · **Q**ue uidelicet cenā hoc  
 ultimo conuiuio exprimitur · **C**ui septē disci  
 puli ad esse memorantur · **Q**uia illos ut dixi  
 mus · tunc interna refectio reparat · qui  
 pleni nunc septiformis grā · In amore spī an  
 helat · **N**ec ergo uobiscū fratres agite · hui  
 us spī repleri presentia desiderate · **Q**uid uos  
 sequi infuturū possit ex presenti perpendite ·  
**P**ensate si hoc spū pleni estis · & noſtis si ad illud  
 conuiuū peruenire ualeatis · **Q**uisquis namque  
 ille est quē nunc spī uite non reparat · profecto  
 ab illa eterna conuiuio refeccione ieiunat ·  
**M**ementote quid de eodē spū paulus dicat · **S**iquis  
 spm̄ xpī non habet · hic non est eius · **Q**uasi quidā

titulus diuine possessionis est. iste sp̄s amoris.

**N**ūquid nā sp̄m xp̄i habet. si cuius mentē odia dis-  
sipant. elatio inflat. ira usque ad diuisionē men-  
tis exasperat. auaricia cruciat. luxuria eneruat.  
pensate quis sit sp̄s xp̄i. **P**rofecto ille qui facit amicos.  
& inimicos diligi. terrena despici. pro celestibus  
aestuare. carnē propter uicia conteri. mentem  
a concupiscenciis frenari. **S**i ergo uultis ius cognos-  
cere possessionis di. personā perpendite possessio-  
ris ur̄i. **E**cce enī quod diximus. uoce ueridica pau-  
lus dicit. **S**iquis sp̄m xp̄i non habet. hic non est  
eius. **A**c si aperte dicat. **Q**ui nunc dō inhabitante  
non regitur. de diuine claritatis specie postmo-  
dū non letatur. **S**ed nos tamen adhuc que di-  
cta sunt. infirmamur. nec dū culmen perfectio-  
nis attingimus. **I**n uia di cotidie sc̄i desiderii  
gressus ponamus. **C**onsolatur nos ueritas. que  
per psalmistā dicit. **I**n perfectū meū uiderunt  
oculi tui. & in libro tuo omnes scribentur. **N**on  
omnino erit nobis noxia nr̄a imperfectio. si  
in di itinere constituti. & ad transacta non  
respicimus. & ad ea que restant transire

festinamus. Nam qui imperfectorum desideria di-  
gnanter inflammat. hic quando ad perfectio-  
nem roborat. per ih̄m xp̄m dñm nr̄m qui cū  
patre uiuit & regnat dī in unitate sp̄s sc̄i  
per omnia secula seculorum amen. **IT̄ LV**

**QUINTA FR̄ PASCHALI LECT̄ SCI EUVAN-  
GELI SECVNDVM IOHANNEM**

**I**n illo. **M**aria stabat ad monumentū foris plorans.

**D**ū ergo fleret. inclinauit se & prospexit in mo-  
numentū. **E**t uidit duos angelos in albis seden-  
tes. unū ad caput & unū ad pedes. ubi positum  
fuerat corpus ih̄u. & reliq̄. **ITEM. OMELIA**

**FIVSDE LECT̄ BEATI GREGORII PAPAE**

**M**aria magdalene que fuerat in ciuitate  
peccatrix. amando ueritatē lauat lacrimis.  
maculas criminis. & uox ueritatis impletur  
qua dicitur. **D**imissa ei sunt peccata multa.  
quoniā dilexit multū. **Q**ue enī prius frigida  
peccando remanserat. postmodū amando for-  
titer ardebat. **N**am postquā uenit ad monu-  
mentū. ibiq; corpus dominicū non inuenit.  
sublatū credidit. atq; discipulis nunciauit.

Qui uenientes uiderunt. atq; ita esse ut mulier  
dixerat crediderunt. Et de eis protinus scriptū ē.

**A**bierunt ergo discipuli ad semet ipsos. Ac dein  
de subiungitur. Maria autē stabat ad monu  
mentū foris plorans. Qua in re pensandū est.  
huius mulieris mentē. quanta uis amoris ac  
cenderat. que a monumento dñi etiā discipu  
lis recedentibus non recedebat. **I**nquirebat  
quē non inuenerat. flebat inquirendo. &  
amoris sui igne succensa. eius quē ablatum  
credidit ardebat desiderio. **V**nde conti  
git ut eū sola tunc uideret. que remansit ut  
quereret. **Q**uia nimirū uirtus boni operis.  
perseuerancia est. **E**t uoce ueritatis dicitur.  
**Q**ui autē perseuerauerit usque infini. hic saluus  
erit. **E**t precepto legis. cauda hostie in sacri  
ficio iubetur offerri. **I**n cauda quippe. finis est  
corporis. **E**t ille bene immolat. qui sacrificiū  
boni operis usque ad finē debite perducit actionis.  
**H**inc ioseph inter reliquos fratres. talarē tunicā  
habuisse describitur. **T**unica quippe usque ad  
talū est. opus bonū usque ad consumationem.

15  
**S**ed maria dū fleret. Inclinauit se & prospexit Inmo-  
numentū. **C**erte iā monumentū uacūū uiderat. tam  
sublatū dñm nunciarat. **Q**uid est quod se iterum  
inclinat. <sup>iter</sup> iterū uidere desiderat. **S**ed amanti se-  
mel aspexisse non sufficit. quia uis amoris inten-  
cionē multiplicat exquisicionis. **Q**uesiuit Igi-  
tur prius & minime inuenit. perseuerauit ut  
quereret. unde & contigit ut inueniret.

**A**ctūq; est ut desideria dilata crescerent. &  
crescencia caperent quod inuenissent. **H**inc est  
enī quod de eodē sponso ecclā in canticis canti-  
corū dicit. **I**n lectulo meo per noctē quesiui.  
quē diligit anima mea. **Q**uesiui illū & nō in-  
ueni. **S**urgā & circuibō ciuitatē. per uicos et  
plateas. querā quē diligit anima mea. **Q**ue  
defectū quoq; inuencionis ingeminat dicens.

**Q**uesiui illū & non inueni. **S**ed quia diu inuentio  
non elongat. si inquisitio non desistat. **A**djungit.

**I**n uenerunt me uigiles. qui custodiunt ciuita-  
tē. **N**ū quē dilexit anima mea uidistis. **P**au-  
lulū cū per transissē eos. **I**nueni quē diligit  
anima mea. **D**ilectū nāque in lecto querimus.

quando in presentis uite aliquantula requie  
redēptoris nr̄i desiderio suspiramus. Per noctē  
querimus. quia & si iam in illa mens uigilat. tamen  
adhuc oculus caligat. Sed qui dilectū suū non  
inuenit. restat ut resurgat. ciuitatē circūueat.  
scām electorū eccl̄am mente & inquisitione  
percurrat. Per uicos & plateas querat. Id est  
per angusta & lata gradientes aspiciat. si qua  
inuenire in eis ualeat. eius uestigia exquirat.

**Q**uia sunt nonnulli etiā uite secularis. qui imitandū  
aliquid habeant de actione uirtutis. **Q**uerentes autē  
nos uigiles inueniunt. qui custodiunt ciuitatē. quia  
sc̄i patres qui ecclesie statū custodiunt. bonis nr̄is  
studius occurrunt. ut suo uel uerbo uel scripto  
nos doceant. **Q**uos cū paululū pertransimus.  
inuenimus quē diligimus. Quia redēptor noster  
& si humilitate homo inter homines. diuinitate  
tamen super homines fuit. **C**ū ergo transeun-  
tur uigiles dilectus inuenitur. Quia cū pro-  
phetas & aptos. infra ipsū esse conspiciamus. il-  
lū qui natura d̄s est. esse supra homines consi-  
deramus. **P**rius ergo non inueniendus queri

tur. ut post inuentus striccius teneatur. **S**cā enī  
desideria ut prediximus dilatione crescunt

**S**i autē dilatione deficiunt. desideria non fuerunt.  
**H**oc amore arsit. quisquis adueritate pertingere

potuit. **H**inc namq; dauid ait. **S**itiuit anima mea  
ad dñm uiuū quando ueniā & apparebo di. **H**inc. ante faciē  
propheta ait. **A**nima mea desiderauit te in nocte.

sed & spū meo inprecor. diis meis de mane uigila  
bo ad te. **H**inc ei iterū ecclā incantacis canticorū  
dicit. **V**ulnerata caritate ego sū. **I**ustū quippe ē

ut ex uisione medici pertingat ad salutē. que  
per aestū eius desiderii uulnus amoris portat  
in pectore. **H**inc rursus ait. **A**nima mea lique

facta est ut locutus est. **M**ens nāque hominis  
conditoris sui speciē non querens male dura est.

**Q**uia in semet ipsa remanet frigida. **A**c si ardere  
iā ex desiderio coeperit. adsequendū quē di  
ligit liquefacta per ignē amoris currit. **F**it  
desiderio anxia. uilescunt in seculo cuncta  
que placebant. nihil est quod extra condi  
torē libeat. & que prius delectabant animū.  
fiunt postmodū uehementer onerosa. nihil

**H**inc nos admonet dicens. **Q**uerite faciē eius sēp.

mefficiã eius consolatur. Quousque adhuc qui desi-  
deratur non aspicitur. Meret mens. lux ipsa fastidio  
est. Valiq; igne in mente decoquitur rubigo culpae.  
& succensus animus quasi auri more. quia per usũ spe-  
ciẽ perdidit. per incendiũ clarescit. Ita itaq; que  
sic amat. que se admonumentũ quod perspexerat  
iterũ inclinac. Videamus quo fructũ amoris. In ea  
Ingeminat opus inquisitionis. Sequitur. Vidit  
duos angelos in albis sedentes. unũ ad caput &  
unũ ad pedes. ubi positũ fuerat corpus. **III V.**

**Q**uid est quod in loco domini corporis. duo angeli  
videntur. unus ad caput. atque alius ad pedes  
sedens. nisi quod latina lingua angelus nuncius  
dicitur. & ille ex passione sua nunciandus erat.  
qui dñs est ante secula. & homo in fine seculorũ.

**Q**uasi ad caput sedet angelus. cũ per aptos  
predicatur. quia in principio erat uerbũ. &  
uerbũ erat apud dñm. & dñs erat uerbum.

**E**t quasi ad pedes sedet angelus. cũ dicit. Et  
uerbũ caro factũ est. & habitabit in nobis.

**P**ossumus etiã per duos angelos duo testamen-  
ta cognoscere. unũ prius. & aliud sequens;



17  
**Q**ui uidelicet angeli per locū dominici corpo-  
ris. sibi met sunt coniuncti. **Q**uia nimirū utra-  
que testamenta dū pari sensu in carnatū &  
mortuū ac resurrexisset dñm nunciant. quasi  
testamentū prius ad caput. & testamentum  
posterius ad pedes sedet; **U**nde & duo che-  
rubim qui propiciatoriū tegunt. se se inui-  
cem aspiciunt. uersis uultibus in propiciato-  
riū. **C**herubi quippe plenitudo sciencie  
dicitur. **E**t quid per duo cherubi. nisi utraque  
testamenta signantur. **Q**uid uero per propiciato-  
riū. nisi incarnatus dñs figuratur. **D**e quo iohan-  
nes ait; **I**psē ē enī propiciatio p̄ peccatis nr̄is.  
**E**t dū uetus testamētū hoc fiendū denunciat. qđ  
testamentū nouū de dño factū clamat. quasi utra-  
que cherubi se inuicē aspiciunt. dū uultus inpro-  
piciatoriū uertunt. quia dū inter se positū in  
carnatū dñm uident. a suo aspectu non discre-  
pant. que dispensationis eius mysteriū concor-  
diter narrant. **R**equirunt mariā angeli di-  
centes; **M**ulier quid ploras? **E**t dicit eis; **Q**uia  
tulerunt dñm meū & nescio ubi posuerunt eū;

**I**psa nāque sacra eloquia quę in nos lacrimas  
angris excitant easdē lacrimas consolantur;  
dū nobis redēptoris nrī specie promittunt;

**S**ed notandū iuxta hystoriā est quod  
mulier non ait tulerunt corpus dñi mei  
sed tulerunt dñm meum; **V**isus nāque sacri  
eloqui est ut aliquando ex parte totum  
aliquando uero ex toto parte significat;

**E**x parte & enī totū signat. sicut de iacob filiis scriptū  
est; **Q**uia descendit iacob in egyptū. In animabus sep  
tuaginta. **N**eque enī in egyptū anime sine corpo  
ribus descenderunt. sed per solā animā totus homo  
signatur. quia totus homo ex parte exprimitur;

**E**t solū dominicū corpus in monumento iacuerat  
& maria non corpus dñi sed sublatū dñm querebat.  
uidelicet ex toto parte significans. **H**ec cū dixis  
set conuersa retrorsū uidit ihm stantē & nescie  
bat quia ih̄s esset. **N**otandū quod maria quę ad  
huc de dñi resurrectione dubitabat. retrorsū  
conuersa est ut uideret ihm. **Q**uia uidelicet per  
eandē dubitationē suā. quasi tergū in dñi faci  
em miserat. quę resurrexisse minime credebatur;

14  
**S**ed quia amabat & dubitabat. uidebat & non agnosce-  
bat. Feumque illi amor ostenderat. & dubietas ab-  
scondebat. **C**uius adhuc ignorantia exprimitur.  
cū inferitur. **E**t nesciebat quia ih̄c esset. **Q**uid  
dicit ei. **M**ulier quid ploras. quē queris. **I**nterroga-  
tur doloris causa. ut augeatur desiderium. **Q**uare  
cū nominaret quē querebat. In amore eius ardens  
aestuaret. **I**lla aestimans quia hortulanus esset. dicit ei.  
**D**ñe si tu sustulisti eū. dicit mihi ubi posuisti eū. & ego  
eum tollā. **F**orsitan non errando hęc mulier erra-  
uit. quę ih̄m hortulanū credidit. **A**nnon ei spiri-  
taliter hortulanus erat. qui in eius pectore per  
amoris sui semina uirtutū uirencia plantabat.  
**S**ed quid est quod uiso eo quē hortulanū credidit.  
cui nec dū dixerat quē querebat ait. **D**ñe si tu  
sustulisti eū. **Q**uasi enī iam dixisset ex cuius de-  
siderio plangeret. eum dicit quē non dixerat.  
**S**ed uis amoris hoc agere solet in animo. ut quem  
ipse semp cogitat. nullū aliū ignorare credat.  
**R**ecte & hęc mulier quē querit non dicit. et ta-  
men dicit. si tu sustulisti eū. quia alteri non pu-  
tat incognitū. quē sic ipsa continuo plangit.

desiderio; **D**icit ei ih̄c, **M**aria. Postquā eā cōmūn uo-  
cabulo apellauit ex sexu & agnitus non est. **T**ocat ex  
nomine. **A**c si aperte dicat. **R**ecognosce eū a quo re-  
cognosceris. **P**erfecto quoque uiro dicitur. noui te  
ex nomine; **Q**uia homo cōmune om̄ium nr̄m uocabulū est.  
**M**oyſes uero propriū; **C**ui recte dicitur. quia ex nomi-  
ne scitur. **A**c si ei aperte dñs dicat. **N**on te generaliter  
ut ceteros. sed specialiter scio; **M**aria ergo quia uocatur  
ex nomine recognoscit auctore. atque cū protinus rab-  
boni id est magistrū uocat. quia & ipse erat qui que-  
rebatur exterius. & ipse qui eam interius <sup>ut</sup> quereret  
docebat. **I**am uero ab euangelista non subditur  
quod mulier fecit. sed ex eo innuitur quod audiuit  
cui dicitur. **N**oli me tangere. nondū enī ascendi ad  
patrē meū. **I**n his namque uobis ostenditur. quod  
maria amplecti uoluit eius uestigia quē recognouit.  
sed ei magister dicit noli me tangere. nondū enim  
ascendi ad patrē meum. **N**on quia post resurrectionē  
dñs tactū rennuic feminarū. cū de duabus ad sepul-  
chrū eius scriptū sit. **A**ccesserunt & tenuerunt pedes  
eius. **S**ed cur tangi non debeat. ratio quoque addi-  
tur cū subinfertur. **N**ondū enī ascendi ad patrē meū.

In corde & enī nrō tunc **IHC** ascendit ad patrē. cū equa-  
lis creditur patri; Nam quisquis eū equalē patri non  
credit. adhuc in eius pectore ad patrē dn̄i non ascendit;  
**I**lle ergo ihm ueraciter tangit. qui patri filiū coeter-  
nū credit. In corde et enī pauli iam ad patrē **IHC** ascen-  
derat. cū isdem paulus dicebat; Qui cum in forma dī  
esset. non rapinā arbitratus est esse se equalē dō;  
**U**nde iohannes quoque redēptorē nr̄m manu fidei  
tetigit. qui ait. In principio erat uerbū & uerbum  
erat apud dn̄m. & dī erat uerbū. Om̄a per ipsū facta  
sunt; Tangit ergo dn̄m. qui eū patri eternitate sub-  
stantie. equalē credit; Sed fortasse aliquis tacita  
questione pulsatur. quomodo filius equalis patri  
esse possit; Qua Inre humana natura quod admi-  
rando comprehendere non ualet. restat ut hoc credi-  
bile. ex admiratione alia sciat; Habet nāque. quod  
ad hec sub breuitate respondeat; Constat enī quia  
ipse creauit matrē. In cuius uirgineo utero ex huma-  
nitate crearetur; Quid igitur mirū si equalis est  
patri. qui prior est matri. paulo quoq; attestan-  
te didicimus. xpm̄ dī uirtutē & dī sapienciam;  
**Q**ui ergo filiū minorē putat. patri specialiter

derogat. cuius sapienciã esse ei in equale<sup>m</sup> fatetur; Quis  
& enĩ homo potens equanimiter ferret. si quis ei di  
ceret. magnus quidem es. sed tamen sapiencia tua  
te minor est. Ipse quoq; dñs dicit. Ego & pater. unũ  
sumus. Sed rursus ait. Pater maior me est; De quo  
etiã scriptũ est. Quia subditus erat parentibus suis;  
Quid ergo mirũ si ex humanitate sua minore<sup>m</sup> se asse  
rit patre in celo. ex qua subiectus erat parentibus  
suis etiã in terra. Ex qua humanitate. nunc ma  
riae dicitur. Vade ad fr̄s meos. & dic eis. Ascen  
do ad patrẽ meũ & patrẽ ur̄m. ad dñm meũ &  
ad dñm ur̄m. Cũ meũ dicat & ur̄m. cur non cõ  
muniter dicit n̄r̄m. sed distincte loquens. Indi  
cat quia eundẽ patrẽ & dñm dissimiliter habeat  
ipse quã nos. Ascendo ad patrẽ meũ uidelicet  
per naturã. & patrẽ ur̄m per grã. Ad dñm  
meũ quia descendi. Ad dñm ur̄m. quia ascen  
distis. Quia enĩ & ego homo. dñs mihi est. Quia  
uos ab errore liberati. dñs est uobis. Distincte  
ergo mihi pater & dñs est. quia quẽ ante secu  
la dñs genuit. hominẽ in fine seculorũ. me me  
concreauit. Venit maria magdalene adnũ  
cians discipulis. quia uidi dñm & hec dixit

20

mihī; Ecce humani generis culpa ibi absconditur.  
unde processit; Quia enī In paradysō mulier uiro  
propinavit mortē. a sepulchro mulier uiris <sup>ad</sup> nunci  
at uitam; Et dicta sui uiuificatoris narrat. que  
mortiferi serpentis uerba narrauerat. At si hu  
mano generi non uerbis. sed rebus dñs dicat.

**D**e qua manu uobis inlatus est potus mortis. de  
ipsa suscipite poculū uitę; **H**ęc de expositione  
euuangelicę lectionis succincte transcurrimus.  
nunc optulante eodē de quo loquimur dñō. &  
resurrectionis eius g̃tam. & pietatis uiscera con  
sideremus. **C**icuis enī a morte resurgere uolu  
it. ne nrā diu anima In infidelitatis morte re  
maneret; **V**nde bene quoque per psalmistā  
dicitur. **D**e torrente In uia bibit. propterea  
exaltauit caput; In humano quippe genere  
ab ipso mundi initio torrentis mortis effluxe  
rat. sed de hoc torrente dñs In uia bibit.  
quia mortē In transitu gustauit; **A**tq; ideo  
exaltauit caput. quia hoc quod moriendo  
In sepulchro posuit. surgendo super angelos  
leuauit. **E**t inde antiquū hostē In eternū

percussit. unde seuire contra se manus persequen-  
cium tēporaliter permisit. Quod aperte dñs beato  
iob indicat dicens. Nūquid capies leuiathan hamo.

**P**er leuiathan quippe. quod additamentū eorum  
dicitur. Coetus ille deuorator humani generis  
designatur. Qui dū se diuinitatē homini addere  
spo spondit. In mortalitatē sustulit. Qui preuaricatio-  
nis quoque culpā quā primo homini propinauit. dū  
se sequentibus pessima persuasione multiplicat.  
poenas eis sine cessatione coaceruat. In hamo autē  
esca ostenditur. aculeus occultatur. Hunc ergo  
pater omps hamo coepit. quia ad mortē illius uni-  
genitū filiū incarnatū misit. In quo & caro passibilis  
videri posset. & diuinitas impassibilis uideri non pos-  
set. Cūque in eo serpens iste per manus persequen-  
cium. escā corporis momordit. diuinitatis aculeus  
illū perforauit. Prius uero eū miraculis dñi  
cognouerat. sed de cognitione sua. ad dubitatio-  
nem cecidit. quando hunc passibilem uidit. Quasi  
hamus ergo fauces glucientis tenuit. dū in illo  
esca carnis patuit. quā deuorator appeteret.  
& diuinitas passionis tēpore latuit que necaret;



In hamo eius incarnationis captus est. quia dū in illo appetit  
etiam corporis transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quip  
pe Inerat humanitas. que ad se deuoratore duceret.  
ibi diuinitas que perforaret. Ibi aperta infirmitas  
que prouocaret. ibi occulta uirtus. que raptoris fauce  
transfigeret. In hamo igitur captus est. quia inde Inte  
rit. unde momordit. Et quos iure tenebat mortales  
perdidit. quia eū in cuius non habuit morte. appetere  
Immortale presumpsit. Hinc est etiam quod hec eade  
de qua loquimur maria uiuit. quia ille pro huma  
no genere qui morti nil debebat occubuit. Hinc  
est quod nos cotidie ad uitā post culpas reuertimur.  
quia ad poenā nrām conditor sine culpa descendit.  
Ecce iam antiquus hostis ea que de humano genere  
coeperat spolia amisit. supplantationis sue victo  
riā perdidit. Cotidie peccatores ad uitā redeunt.  
cotidie de eius faucibus redēptoris manu rapuntur;  
Vnde bene quoque ad beatū iob uoce dominica  
iterū dicitur. Aut armilla perforabis maxillā  
eius. Armilla ubi ponitur. ambiendo constringit.  
Quid igitur per armillā. nisi circūplectens nos diui  
na miscēta designatur. que leuathan istius maxil

lam perforat. dū nobis post perpetrata que prohi-  
bit. adhuc penitencie remediū ostendit. **A**rmil-  
la enī dñs maxillā leuiathan perforat. quia Inef-  
fabili misericordie sue potencia. sic malicie anti-  
qui hostis obuiat. ut aliquando eos etiā quos iā  
cepit amittat. **E**t quasi ab ore illius cadunt.  
qui post perpetratas culpas ad innocenciā redeunt;  
**Q**uis enī ore illius semel raptus. maxillā eius euade-  
ret. si perforata non esset. **A**nnon In ore petrum  
tenuit cū negauit. **A**nnon In ore dauid tenuit.  
cū intantā se luxurie uoraginē merisit. **S**ed dū  
ad uitā uterque per penitenciā rediit. leuia-  
than iste eos aliquomodo quasi per maxillā sue  
foramen amisit; **P**er foramen ergo maxille ab eius  
ore subtracta sunt. qui post perpetracionē tante  
nequicie penitendo redierunt; **Q**uis aut hominū  
leuiathan istius <sup>of</sup> euadat. ut illicita nulla cōmittat.  
**S**ed hinc cognoscimus. quantū redēptori generis  
humani debitores sumus. qui non solū nos In ore  
leuiathan ire prohibuit. sed ab ore etiā redi-  
re concessit; **Q**ui spē peccatori non abstulit.  
qui <sup>a</sup> maxillam eius ut euadendi uia tribueret.

perforavit; ut saltē post morsū fugiat. qui incautus  
 prius cauere noluit ne morderetur. **V**bique ergo  
 nobis occurrit superna medicina. quia & dedit ho  
 mini præceptū ne peccet. & tamen peccanti dedit  
 premia <sup>ne</sup> desperet. **U**nde cauendū summopere est.  
 nequis delectatione peccati leuiathan istius ore  
 rapiatur; **E**t tamen si raptus fuerit non desperet.  
 quia si peccatū perfecte lugeat. ad huc foramen in ma  
 xilla eius inuenit. per quod euadat; **A**d est testis  
 diuine misericordie. hec ipsa de qua loquimur maria.  
 de qua phariseus dū pietatis fontē uellet obstruere  
 dicebat; **N**ic si esset propheta. sciret utique. que  
 & qualis est mulier que tangit eū. quia peccatrix  
 est. **S**ed laute lacrimis corporis maculas cordis. & re  
 deceptoris sui uestigia tetigit. que sua itinera praua  
 dereliquit; **S**edebat ad pedes. uerbuque de ore  
 illius audiebat. **V**iuenti adheferat. mortuū que  
 rebat; **U**iuente repperit. que mortuū que siuit;  
**T**antuque apud eū grā locū inuenit. ut hunc ip  
 sis quoque aptis. eius uidelicet nunciis ipsa nun  
 ciaret; **Q**uid itaque fr̄s. quid in hac re debemus  
 aspicere. nisi immensā misericordiam conditoris nr̄i.

qui nobis uelut Insigno exemplū penitencie  
posuit. eos quos per penitenciā uiuere post lap  
sum fecit. **P**erpendo & enī petrū. considero  
latronē. aspicio zacheum. In tueor mariā  
& nihil in his aliud uideo. nisi ante nr̄os ocu  
los posita spei & penitencie exempla. **F**or  
tasse enī infide lapsus est aliquis. aspiciat pe  
trū qui amare fleuit. quod timide nega  
uerat. **A**lius contra proximū suū In malicia  
crudelitatis exarsit. aspiciat latronē. qui & In ipso  
mortis articulo <sup>lo</sup> ad uite premia penitendo peruenit.  
**A**lius auaricie estibus anhelans aliena diripuit.  
**A**spiciat zacheū. qui siquid alicui abstulit. quad  
ruplū reddidit. **A**lius libidinis igne succensus.  
carnis mundiciā perdidit. aspiciat mariā que  
in se amore carnis. igne diuini amoris excoxit.  
**E**cce om̄ps d̄s ubique. In oculis nr̄is. quos imitari  
debeamus obicit. ubique exempla sue miscēte  
opponit. **M**ala ergo iā displiceant uel expta.  
**L**ibenter obliuiscatur om̄ps d̄s quod nocentes fuimus.  
paratus est penitenciā nr̄am nobis ad innocenciā  
nr̄am deputare. **I**nquinati post aquā salutis.

renascamur ex lacrimis; Itaque iuxta primi pasto-  
ri uocē sicut modo gemitu infantes lac concu-  
piscite. Redite paruuli filii ad sinū matris ur̄e  
æternę sapiencię; Sugite larga ubera pieta-  
tis di; Transacta plangite. Imminencia uitate.  
Redēptor noster momentaneos fletus ur̄os.  
æterno consolabitur gaudio. qui uiuit & re-  
gnat d̄s in unitate sp̄s sc̄i per om̄a sęcula sęclorū.

**I UENI POST PASCHA. IEC̄ S̄C̄I EUVANGEL. S̄C̄I IOH̄.**

**I**n illo tēpore. **C**ū esset sero die illa una sabbato-  
rū. & fores essent clausę ubi erant discipuli pro-  
pter metū iudeorū. **V**enit ih̄c & stetit in me-  
dio & dicit eis. Pax uobis & reliqua. **IUE OMET.**

**EIVSDĒ IEC̄V̄ BEATI AGVSVINI. EPI**

**C**ū ergo esset sero die illa una sabbatorū & fo-  
res essent clausę ubi erant discipuli congrega-  
ti propter metū iudeorū. **V**enit ih̄c & stetit  
in medio & dicit eis; Pax uobis; **E**t hoc cū dixisset.  
ostendit eis manus & pedes; **C**lavi enī manus  
fixerant. lancea latus aperuerat. ibi ad du-  
bitantiū corda sananda uulnerū sunt serua-  
ta uestigia. **M**ori autē corporis ubi diuinitas

erat ostia clausa non obstiterunt; Ille quippe  
non eis apertus intrare potuit; quo nascente  
uirginitas matris inuiolata permanisset; Gaudi  
si sunt ergo discipuli uiso dno; Dixit ergo eis  
iterum Pax uobis; Iteratio confirmatio est.  
**I**psa quippe dat per prophetam promissam pa  
cem super pacem; Sicut misit me pater In  
quit & ego mitto uos; **A**equale patri filium  
nouimus; sed hic uerba me **M**ediatoris ag  
noscimus; **M**edium quippe se ostendit dicen  
do; Ille me & ego uos; **H**oc cum dixisset In  
sufflauit & dixit; **A**ccipite spiritum sanctum; Insuf  
flando significauit spiritum sanctum non patris soli  
us esse spiritum sed & suum; **Q**uorum remisistis  
Inquit peccata remittuntur eis; **E**t quorum  
retinueritis retenti sunt; **E**cce caritas  
que per spiritum sanctum diffunditur; In cordibus  
nr̄is participum suorum peccata dimittit  
eorum autem que non sunt eius participes te  
net; **I**deo postea quam dixit accipite spiritum  
sanctum; **H**oc continuo de peccatorum remissione  
ac detentione subiicit; **T**homas autem unus

ex duodeci qui dicitur didimus. non erat cu eis  
 quando uenit ihu. **D**ixerunt ergo ei alii disci  
 puli; **V**idimus dnm. **I**lle aut dixit eis; **N**isi uide  
 ro in manibus eius fixura clauoru. & mittam  
 digitu meu in locu clauoru. & mittam manum  
 mea in latus eius non creda. **E**t post dies octo.  
 iteru discipuli eius erant intus. & thomas cu eis.

**V**enit ihu ianuis clausis. & stetit in medio & dixit.

**P**ax uobis. **D**em de dicit thome. **I**nfer digitu tuu  
 huc & uide manus meas. & adfer manu tua &  
 mitte in latus meu. & noli esse incredulus sed fi  
 delis. **R**espondit thomas. & dixit ei. **D**ns meus.  
 & ds meus. **V**idebat tangebatur que homine. & con  
 fitebatur dm que non uidebat neque tangebatur.

**S**ed propter hoc quod uidebat atque tangebatur. il  
 lud ia remota dubitatione credebat. **D**icit ei ihu.

**Q**uia uidisti me credidisti. **N**on ait tetigisti me.  
 sed uidisti me. **Q**m generalis quodammodo sensus  
 est uisus. **N**a & per alios quattuor sensus nomi  
 nari solet. **V**elut cu dicimus. audi & uide qua  
 bene sonet. olfac & uide qua bene oleat. **G**usta  
 & uide qua bene sapiat. tange & uide qua bene  
 taleat. **V**bique sonuit uide. **C**u uisus proprie

non negetur ad oculos pertinere. Unde hic  
ipse dñs. **I**fer inquit digitū tuum. & vide ma-  
nus meas. **Q**uid aliud agit quā tange & uide.  
**N**ec tamen oculos ille habebat indigito; Ergo  
siue Inuendo. siue etiā tangendo. quia uidisti  
me inquit credidisti; Quāuis dici possit ita non  
ausū fuisse discipulū tangere. cū se offerret  
ille tangendū. **N**on enī scriptū est. & teti-  
git thomas. sed uidit; **A**spiciendo tantū. siue  
etiā tangendo uiderit & crediderit; **I**llud quod  
sequitur. **M**agus gentiū fidē predicat. atque cō-  
mendat. **B**eati qui non uiderunt. & crediderūt.  
**P**reteriti tēporis usus est uerbis. tāquā ille qui  
quod erat futurū. In sua nouerat predestina-  
tione iā factū; **S**ed iam sermo iste prolixita-  
te cohibendus est. donabit dñs ut de his que res-  
tant alias disputemus; **DOM̄. IN OCTABAS PAS-**

**I**CHE. **LECTIO SĒI EVVANGĒI SĒDM̄ IOHANNĒ**  
**I**n illo. **T**homas unus ex duodecī qui dicitur di-  
dimus. non erat cū eis quando uenit ih̄c. Dixe-  
runt ergo alii discipuli. Vidimus dñm. & reliq̄.  
**I**TĒ **OMELIA EIVSDĒ LEC̄ BEATI GREGORII.**  
**P**APE



25  
**P**rima lectionis huius euuangelicę questio animum  
pulsat. quomodo post resurrectionē corpus domi  
nicū uerū fuit. quod clausis ianuis ad discipulos  
ingredi potuit; **S**ed sciendū nobis est quod diuina  
operatio si ratione comprehenditur. non est ad  
mirabilis. nec fides habet meritū. cui humana  
ratio prebet experimentū. **S**ed hec ipsa redē  
ptoris nrī opera que ex se met ipsis comprehen  
di nequaquā possunt. ex alia eius operatione  
pensanda sunt. ut rebus mirabilibus fidē pre  
beant facta mirabiliora; **I**llud em̄ corpus dñi  
Intrauit ad discipulos ianuis clausis. Quod uideli  
cet ad humanos oculos per natiuitatē suā clau  
so exiit utero uirginis. Quid ergo mirū si clau  
sis ianuis post resurrectionē suā In eternū iam  
uicturus intrauit. qui mortuus ueniens non  
aperto utero uirginis exiit. **S**ed quia ad illud  
corpus quod uideri poterat fides incuenciū dubi  
tabat. Ostendit eis protinus manus & latus; **P**alpan  
dā carnē prebuit. quā clausis ianuis introduxit;  
**Q**ua in re duo mira & iuxta humanā rationē sibi  
ualde contraria ostendit. **D**ū post resurrectionē

corpus suū & incorruptibile. & tamen palpabile de-  
monstrauit. Nam & corrūpi necesse est quod palpa-  
tur. & palpari non potest quod non corrūpit. Sed  
muro modo atq; In estimabili redēptor noster & incor-  
ruptibile post resurrectionē & palpabile corpus exhibu-  
it. ut monstrando incorruptibile mutaret adpremiū.  
prebendo palpabile formaret adfidē. Et incorrupti-  
bile se ergo & palpabile demonstrauit. ut profecto esse  
post resurrectionē ostenderat corpus suū. & eiusde  
nature. & alterius gte; Dicit eis; Pax uobis; Sicut  
misit me pater & ego mitto uos. S; Pater filiū misit.  
qui hunc pro redēptione generis humani incarna-  
ri constituit; Quē uidelicet immundo uenire ad pas-  
sionē uoluit. sed tamen amauit filiū quē ad pas-  
sionē misit; Electos uero aptos dñs non ad mundi  
gaudia. sed sicut ipse missus est ad passionē immundū  
mittit; Quia ergo & filius amatur a patre. & tamen  
ad passionē mittitur. Ita & discipuli amantur a dño.  
qui tamen ad passionē mittuntur immundo; Itaq;  
dicit; Sicut misit me pater. & ego mitto uos;  
Id est ea caritate uos diligo. cū inter scandala per-  
secutorū mitto. quia me caritate pater diligit.

26

quē uenire ad tolerandas passiones fecit; Quāuis mit-  
ti etiā iuxta naturā diuinitatis possit intellegi; **E**-  
tē ipso a patre filius mitti dicitur. quo a patre genera-  
tur; **N**ā quōq; sem̄ sp̄m qui cū sit coequalis patri & filio.  
non tamen incarnatus est. isdem se filius mittere pro-  
hibet dicens; **C**ū uenerit paraclitus quē ego mitto  
uobis a patre; **S**i enī mitti solūmodo incarnari de-  
beret intellegi. sēs proculdubio sp̄s nullomodo dice-  
retur mitti. qui nequaquā incarnatus est; **S**ed eius  
missio ipsa processio est. qua de patre procedit & fi-  
lio; **S**icut itaque sp̄s mitti dicitur quia procedit.  
ita & filius mitti non incongrue mitti dicitur  
quia generatur; **H**oc cū dixisset. in sufflauit & di-  
xit eis; **A**ccipite sp̄m sem̄; **Q**uerendū nobis est quid  
est quod sp̄m sem̄ dñs noster. & semel dedit inter-  
ra consistens. & semel celo presidens; **N**eque enī  
alio in loco datus. sp̄s sēs aperte monstratur.  
nisi cū per insufflationē percipitur. & post mo-  
dū cū de celo ueniens | linguis uariis demonstra-  
tur; **C**ur ergo prius in terra discipulis datur.  
post modū de celo mittitur. nisi quod duo  
sunt precepta caritatis. **D**ilectio uidelicet di-

& dilectio proximi; **I**n terra datur sp̄s ut diliga-  
tur proximus. **I**n celo datus sp̄s ut diligatur  
d̄s; **S**icut ergo est una caritas & duo pre-  
cepta. Ita est unus sp̄s & duo data; **P**rius a  
consuetudine d̄no in terra post modū e celo.  
quia in proximi amore discitur. qualiter  
perueniri debeat ad amorē d̄i; **V**nde is-  
dē iohannes dicit. **Q**ui non diligit fr̄m  
suū quē uidet. d̄m quē non uidet quomo-  
do potest diligere. & ante quidē discipu-  
lorū mentibus isdē sp̄s <sup>sc̄i</sup> in erat ad fidem  
sed tamen manifesta datione non nisi  
post resurrectionē datus est; **V**nde scrip-  
tū est; **N**ondū em̄ erat sp̄s datus. quia nondū  
erat **is̄c** glorificatus; **U**nde etiā per moysen  
dicitur; **S**uxerunt mel de petra. & oleū de  
firma petra; **N**eque enī quicquā tale iuxta  
hystoriā legitur. si tota testamenti ueteris  
series recensatur. nusquā de petra mel. nusquā  
oleū ille populus suxit; **S**ed quia iuxta pauli  
uocē petra erat xp̄c. m̄. et de petra  
suxerunt. quia eiusdē redēptoris nr̄i facta

& miracula uiderunt; **O**leū uero de firma  
 petra sūxerunt. qui effusione scī spī post re-  
 surrectionē eius ungui meruerunt; **Q**uasi  
 ergo infirma petra mel dedit. quando ad  
 huc mortalis dñs miraculorū suorū dulcedi-  
 nē discipulis ostendit; **S**ed firma petra ole-  
 um fudit. quia post resurrectionē suā factus  
 iam impassibilis. per afflationē spī donum  
 scē unccionis emanauit; **D**e hoc oleo per  
 prophetā dicit; **C**onputrescet iugū afa-  
 cie olei; **S**ub iugo quippe tenebamur de-  
 monice dominationis. sed uncti sumus oleo  
 spī scī; **E**t quia nos grā libertatis unxit. demo-  
 nice dominationis iugū putruit. **P**aulo attestan-  
 te qui ait. **U**bi spī dñi. ibi libertas; **S**ciendū  
 uero est. quod hi qui prius spm scm habuerunt.  
 ut & ipsi innocenter uiuerent. & predicatione  
 quibusdā prodesse. **I**dcirco hunc post resur-  
 rectionē dñi patienter acceperunt. **U**t prodes-  
 se non pauci sed pluribus possent; **V**nde & in  
 hac ipsa datione spī dicitur; **Q**uorū remiseri-  
 tis inquit peccata remittuntur eis. & quo.

riū retinueritis retenta sunt. **L**ibet intueri  
illi discipuli ad tanta onera humilitatis uocati  
ad quantum culmen glorie sint perducti;  
**E**cce non solū de semet ipsis securi fiunt. sed  
etiā aliene obligationis potestatem relaxati  
onis accipiunt; Principatū superni iudicis  
sorcuntur. ut uice di quibusdā peccata reti  
neant. quibusdā relaxent; **S**ic sic eos adō  
decebat erigi. quantum pro dō consenserunt hu  
miliari; **E**cce qui districtū di iudiciū metuit  
animarū iudices fiunt. & alios dānant uel libe  
rant. qui semet ipsos damnari metuebant. Horū  
profecto nunc in ecclā epī locū tenent. **S**oluen  
di ac ligandi auctoritatē suscipiunt. qui gradū  
regiminis sorcuntur; **G**randis honor. sed gra  
ue pondus istius est honoris; **D**urū quippe est.  
ut qui nescit tenere moderamina uitæ suæ.  
iudex uitæ fiat aliene; **E**t plerūq; contingit  
ut hunc iudicii locū teneat. cui ad locū uitæ mi  
nime concordat. **A**c sepe agitur. ut uel dam  
net in meritos. uel alios ipse ligatos soluat;  
**S**epe in soluendis ac ligandis subditis suæ uolun

tatis motus. non autē causarū merita sequitur.

**V**nde fit ut ipsa alligandi & soluendi potestate se pri  
uet. qui hanc pro suis uoluntatibus & non pro  
subiectorū moribus exercet. **S**epe fit ut erga  
quēlibet proximū odio uel grā moueatur pastor.

**I**udicare autē digne de subiectis nequeunt. qui in  
subditorū causis sua uel odia uel grām sequunt.

**V**nde recte per prophetā dicitur. **M**ortificabant  
animas que non moriuntur. & uiuificabant ani  
mas que non uiuunt. **N**on morientē quippe

mortificat. qui iustū dāpnat. **E**t non uicuriū  
uiuificare nititur. qui reum supplicio absolue  
re conatur.

**C**ause ergo pensande sunt. & tunc  
ligandi atq; soluendi potestas exerenda. **V**iden  
dū que culpa aut que sit penitencia secuta

post culpā. **U**t quos omps dñs per compunctio  
nis grām uisitat. illos pastoris sententia absol  
uat.

**T**unc enī uera est absolutio presidentis.  
cū interni arbitriū sequitur iudicis. **Q**uod

bene quidem qua triduanā mortui resurre  
ctio <sup>illa</sup> significat. que uidelicet demonstrat

quia prius mortuū dñs uocauit & uiuificauit

dicens: **L**azare ueni foras; & post modū is qui uiuens  
egressus fuerat a discipulis est solutus. sicut scrip-  
tū est. **C**uique egressus esset qui fuerat ligatus  
Institis. tunc dixit discipulis; **S**oluite eū & since  
abire. **E**cce illū discipuli iā uiuentē soluunt  
que magister resuscitauerat mortuū. **S**i enim  
discipuli lazarū mortuū soluerent. foetore  
magis ostenderent quā uirtute; **E**x qua consi-  
deratione intuentū est. quod illos nos debe-  
mus per pastorale auctoritate <sup>et m...</sup> soluere. quos  
auctore nrm cognoscimus per suscitante grām  
uiuificare. **Q**ue nimirū uiuificatio ante ope-  
rationē rectitudinis. In ipsa iā cognoscitur con-  
fessione peccati; **U**nde & huic ipso mortuo la-  
zaro nequaquā dicitur reuiuiscere. sed ueni  
foras; **O**mnis quippe peccator dū culpā suā  
Intra conscienciā abscondit. Introrsus latet.  
In suis penetrabilibus occultatur; **S**ed mortu-  
us uenit foras. cū peccator suas nequicias spon-  
te confitetur. **L**azaro ergo dicitur ueni foras;  
**A**c si apertō cuilibet mortuo in culpa diceret;  
**C**ur reatū tuū Intra conscienciā abscondis.



foras iam p confessionē egredere. quia apud te interius p negationē lateſ; ueniat itaq; foras mortuus id est culpā ſuā confiteatur peccator.

**V**enientē uero foras ſoluant diſcipuli. ut paſtores ecclē ei poenā debeant amouere quā meruit. qui non erubuit confiteri quod fecit. **N**ec de ſolutionis ordine breuiter dixerim. ut ſub magno modamine paſtores ecclē uel ſoluere. ſtudeant uel ligare.

**S**ed utrū iuſte an in iuſte obliget paſtor. paſtoris ſentencia <sup>tamen</sup> gregi timenda eſt ne uſ qui ſub eſt. & cū in iuſte forſitan ligatur. ipſā obligationis ſue ſentenciā ex alia culpa mereat.

**P**aſtor ergo uel abſoluere indiſcretē timeat uel ligare. uſ autē qui ſub manu paſtoris eſt ligari timeat uel in iuſte. **N**ec paſtoris ſui iudiciū temere reprehendat. nec & ſi in iuſte ligatus eſt ex ipſa tūm de diſprehenſionis ſuperbia culpa que non erat. **H**ec breuiter per exceſſū diximus. ad expoſitionis ordinē redeamus.

**T**homas ſatū unus ex duodecim qui dicitur didimus. non erat cū eis quando uenit ihſ. **I**ſte unus diſcipulus deſuit. reuerſus quod geſtū eſt audiuit.

audita credere rennuit. Venit iterū dñs &  
non credenti discipulo latus palpandū pre  
buit. manus ostendit. & ostensa suorū cic  
trice uulnerū infidelitatis illius uulnus sa  
nauit. **Q**uid fr̄s km̄i. quid inter hec animad  
uertitis. nūquid casū gestū creditis. ut electus  
discipulus tunc de esset. **P**ost autē ueniens  
audiret. audiens dubitaret. dubitans palpa  
ret. palpans crederet. non ob casū sed diui  
na dispensatione gestū est. **E**git nāque  
muro modo diuina clemencia. ut discipulus  
dubitans. dū in magistro suo uulnera palpa  
ret carnis. In nobis uulnera sanaret infide  
litatis. **P**lus enī nobis thome infidelitas ad  
fidem. quā fides credendenciū discipulorū  
profuit. **Q**uia dū ille ad fidē palpando re  
ducitur. nr̄a mens omī dubitatione post  
posita in fide solidatur. **S**ic quippe dis  
cipulū post resurrectionē suā dubitare per  
misit. nec tamen in dubitatione deseruit.  
**S**icut ante Inauitatem suā habere mariā spon  
sū uoluit. qui tamen ad eius nuptias n̄ puenit.

30

**N**am ita factus est discipulus dubitans & palpans  
testis uere resurrectionis. sicut sponsus matri  
fuerat custos integerrime uirginitatis. Palpauit  
autē. & exclamauit. **D**ñs meus. & dñs meus. Dicit  
ei **ih̄c**. **Q**uia uidisti me credidisti. Cum paulus a  
postolus dicat. **E**st autē fides sperandarū substan  
cia rerū. argumentū non apparentū. **P**rofecto  
liquet quia fides illarū rerū argumentū est que  
apparere non possunt. **Q**ue & enī apparent. iam fidē  
non habent sed agnitionē. **D**ū ergo uidit tho  
mas. dū palpauit. cur ei dicitur. quia uidisti  
me credidisti. sed aliud uidit. aliud credidit.

**A** mortali quippe homine. diuinitas uideri non po  
tuit. **h**ominē igitur uidit. & dñm confessus est di  
cens. **D**ñs meus. & dñs meus. **V**idendo ergo cre  
didit. quia considerando uerū hominē hunc  
dñm quē uidere non poterat exclamauit.

**L**atificat ualde quod dissequitur. **B**eati qui non  
uiderunt & crediderunt. **I**n qua nimirū sen  
tencia. nos specialiter signati sumus. qui eū  
quē carne non uidimus. mente retinemus.

**N**os signati sumus. sed si fidē nrām operibus se  
sequimur.

**I**lle & em̄ uere credit. qui exercet operando quod  
credit. Quo contra <sup>de</sup> his qui fidē nomine tenus reti-  
nent. paulus dicit. **C**onfiteantur se nosse dñm. fac-  
tus autē negant. **N**unc iacobus ait. **F**ides sine ope-  
ribus mortua est. **N**unc ad beatū iob de antiquo  
hoste generis humani dñs dicit. **A**bsorbebit flu-  
uuium & non mirabitur. & habet fiducia quod  
influat iordanis in os eius. **Q**uis est em̄ per flu-  
uuium designatus. nisi humani generis fluxus.  
quod uidelicet genus ab ortu ad finē defluit.  
& quasi aque more usque ad cōpetentē termi-  
nū ex carnis liquore percurrit. **Q**uid uero per  
iordanem. nisi baptizatorū forma signatur.  
quia in iordane flumine. ipse auctor redēptio-  
nis nr̄e baptizari dignatus est. **R**ecte iordanis  
nomine eorū multitudo exprimitur. qui in tra-  
sacramentū baptismatis tenentur. **A**ntiquus  
ergo hostis humani generis fluiuū absorbit.  
quia a mundi origine usque ad redēptoris ad-  
uentū. uix paucis electis euadentibus in uentrē  
sue malicie genus humanū traxit. **D**e quo re-  
cte dicitur. **A**bsorbebit fluiuū & non mirabitur.

31  
quia pro magno non habet. cū infideles rapit. Sed  
graue est ualde quod subditur. Et habet fiducia  
quod influat iordanis in os eius. Quia post quam  
infideles quosque in mundi origine rapuit ad  
huc se posse suscipere etiam fideles presumit.  
Nam ore pestifere per suasionis eos cotidie deuo  
rant. In quibus a confessione fidei reproba uita  
discordat. Hoc ergo fr̄i km̄i tota intentione  
per timescite. hoc apud uos sollicita mente cogi  
tate. Ecce pascalia sollempnia agimus. sed ita  
uiuendū nobis est. ut per uenire ad eterna  
festa mereamur. Transeunt cuncta. que tē  
poraliter festiua celebrantur. Curate qui his  
sollemnitatibus interestis. ne ab aeterna sollem  
nitate separemini. Quid prodest inter esse festis  
hominū. si de esse contingat festis angelorū. umbra  
uenture sollemnitatis est sollemnitas presens. Idcirco  
hanc annue agimus. ut ad illā que non est annua sed  
continua perducamur. Cū hec statuto tempore gerit.  
ad illius desiderium memoria nr̄a refrigatur. Frequen  
tatione ergo gaudii tēporalis ad eterna gaudia mens  
incalescat & ferueat. ut ex ueritate leticie per fru  
atur. in patria. quod de umbra gaudii meditatur in uia.

**V**itā igitur urām fratres moresq; componite. Is  
qui mortis resurrexit ex morte. quā districtus  
In iudicio ueniat prę uideat. **C**erte In die tre-  
mendi examinis sui. cū angelis cum archangelis. cū  
thronis & dominationibus. cū principatibus & potes-  
tatibus apparebit. celis ac terris ardentibus. cunc-  
tis uidelicet elementis In sui obsequi terrore  
cōmotis. **H**unc ergo tanti pauoris iudicē ante  
oculos ponite. **N**on hunc cū uenerit non timidi sed  
securi uideatis. **V**imendus ergo est ne timeatur

**T**error eius nos ad usum bonę operationis exerceat

**M**etus illius. a prauitate uitā nrām conpescat.

**M**ihi fr̄s credite. quia tanto tunc erimus securi  
de eius presentia. quanto nunc esse sagittimus  
suspecti de culpa. **C**erte si aliquis <sup>ur̄m</sup> cum  
suo aduersaria causā dicaturus In medio iudicio  
die crastino esset exhibendus. totā fortasse no-  
ctem In somnē duceret. quid sibi dici posset.  
quod obiectionibus responderet. secū sollicita  
& estuante mente uersaret. **N**e me  
Inueniret asperū <sup>uehementē</sup> metueret. ne apud me ap-  
paret. noxius formidaret. **H**ic quis ego.  
aut quid ego. nimirū non longe post futurus.

post hominē uermis. ac que post uermē puluis.

**S**i ergo tanta cura pertimescitur. iudiciū pulueris. qua intentione cogitandū est. qua formidine prouidendū. tante iudiciū maiestatis. sed quia sunt nonnulli qui de resurrectione carnis incerti sunt. **E**t tunc rectius docemus. si etiam cordiū urōrū questionibus occultis occurrimus. pauca nobis de ipsa resurrectionis fide loquenda sunt.

**M**ulti & enī sicut & nos aliquando fuimus. dum carnē in putredinē ossa que in puluerē redigi per sepulchra conspiciunt reparari expuluerē carnē & ossa diffidunt. **S**ic que apud se quasi ratiocinantes dicunt. **Q**uando expuluerē homo reducitur. quando agitur ut cinis ametur. quibus breuiter respondemus. quia longe minus est dō. reparare quod fuit. quā creasse quod non fuit. **A**ut quid mirū si hominē expuluerē fecit. qui simul omā ex nihilo creauit. mirabilius nāq; est celū ac terrā ex nullis existentibus condidisse. quā ipsū hominē ex terra reparare. **S**ed cinis attenditur & incarnē redire posse desperatur. & diuine operationis uirtus comprehendī quasi ex ratione

queritur. Qui scilicet hec idcirco in suis cogitatio-  
nibus dicunt. quia eis cotidiana di' miracula ex as-  
siduate uiluerunt. Nam ecce in uno grano par-  
uissimi seminis latet tota que nascitura est arbo-  
ris moles. **C**onstituamus ergo ante oculos cuius  
libet arboris mirā magnitudinē. **C**ogitemus  
unde oriendo coepit. que ad tantā mole' cres-  
cendo per uenit. Inuenimus procul dubio eius  
originē paruissimū semen. **C**onsideremus nunc  
ubi in illo paruo grano seminis latet fortitu-  
do ligni. asperitas corticis saporis odorisque  
magnitudo. ubertas fructuū. uiriditas foliorū.  
**C**oncretatū namq; seminis granū non est uali-  
dū. **U**nde ergo processit ligni duricia. non est  
asperū. unde asperitas corticis erupit. non est  
saporū. unde sapor infructibus. olfactu nil  
redolet. unde odor infructibus. **F**lagrat  
nil in se uiride ostendit; unde foliorū uiri-  
ditas exiit. **C**uncta ergo in semine simul  
latent. que tamen non simul ex semine pro-  
deunt. **E**x semine quippe. producitur ra-  
dix. **E**x radice prodit uirgultū. ex uirgul-  
tu. ortur fructus. Infructu etiā producitur



semen. Addamus ergo quia & semen latet  
 In semine. Quid igitur mirū. si ossa. nervos.  
 carne. capillosq; reducat expulvere. qui lignū  
 fructus. folia. In magna mole arboris ex par  
 uo cottidie semine restaurat. cū ergo dubi  
 tans animus. de resurrectionis potencia ratio  
 nem querit earū rerū ei questiones inferen  
 de. sunt. que & incessanter fiunt. & tamen  
 ratione comprehendi nequaquā possunt.

¶ Et dū non ualet exuisione rei penetrare.  
 quod conspiciat. de promissione diuine po  
 tēte credat quod audit. Illa ergo frī uobiscū  
 Kmī promissa cogitate. queque cū tēpore  
 transeunt. uelut iam dimissa despiciat. Ad huius  
 resurrectionis glām quam in se ueritas ostendit  
 tota Intentione festinate. terrena desideria  
 que ab auctore separant fugite. Quia tanto  
 altius ad conspectū dī omnipotentis pertingi  
 tis. quanto mediatorē dī & hominū singulari  
 ter amatis. Qui uiuit & regnat cū patre  
 In unitate spī scī dī per omā sc̄ta sc̄torū am̄.

LECTIO SC̄I EUUAN  
 GELII SECUNDUM IOHANNEM

In illo dixit ih̄s discipulis suis. Hoc est preceptū  
meū ut diligatis inuicē sicut dilexi uos. & reliq̄  
**C**um cuncta sacra eloquia dominicis plena sint  
preceptis. quid est quod de dilectione quasi  
de singulari mandato dñi dicit. Hoc est prece  
ptū meū ut diligatis inuicē. nisi quia omē  
mandatū de sola dilectione est. & om̄a unū  
preceptū sunt. quia quicquid preceptur. In so  
la caritate solidatur. Ut enī multi arborū  
rami ex una radice procedunt. sic multe uir  
tutes ex multa caritate generantur. Nec  
habet aliquid uiriditatis ramus boni operis.  
si non manet in radice caritatis. Precepta ergo  
dominica & multa sunt & unū. Multa per di  
uersitatē operis. unū in radice dilectionis. Qua  
liter autē ista dilectio si tenenda ipse insinuat.  
qui in plerisque scripturę suę sententiis. & a  
micos iubet diligere in se & inimicos diligere propter  
se. Ille enī ueraciter caritatē habet. qui & ami  
cū diligit in dō. & inimicū diligit propt̄ dñi.  
**N**am sunt non nulli qui diligunt proximos. sed  
per affectū cognationis & carnis. Quibus ta  
men in hac dilectione sacra eloquia non con

tradunt. Sed aliud est quod sponte impendi-  
tur nature. aliud quod preceptis domini  
cis ex caritate debetur oboediencia. Nimi-  
rū & proximū diligunt. & tamen illa sublimia  
dilectionis proemia non adsecuntur. quia  
amorem suū non spiritalem sed carnalem impen-  
dunt. Proinde cū dñs diceret. Hoc est man-  
datū meū ut diligatis inuicē proximos ad-  
didit. Sicut dilexi uos. Ac si aperte dicat  
Ad hoc amate. ad quod amari uos. Qua in re  
frī knī sollerter intuentū est. quod anti-  
quus hostis dū mentē nrām ad rerū tēpo-  
raliū delectationē trahit. Infirmiore con-  
tra nos proximū excitat. qui ea ipsa quæ  
diligimus auferre moliat. Nec curat anti-  
quus hostis hec faciens ut terrena tollat.  
sed ut caritatē feriat in nobis. Nā in odium  
repente exardescimus. & dū foris inuicti  
esse cupimus. Intus grauiter ferimur. Dū par-  
ua foris defendimus. Intus amittimus maxima.  
Quia dū rē diligimus tēporale. uerā amitti-  
mus dilectionē. Omis quippe qui nrā tollit.

Inimicus est. Sed si odio habere coeperimus  
Inimicū. intus est quod perdimus. Cū ergo  
aliquid exterius a proximo patimur. contra oc-  
cultū raptorē interius uigilemus. Qui nū quā  
melius uincitur. nisi cū raptor exterior amat.  
¶ Na quippe & sūma <sup>est</sup> probatio caritatis. si & ipse  
diligatur qui aduersatur. Hinc est quod ipsa  
ueritas & crucis patibulū sustinet. & tamen  
ipsis suis persecutoribus affectū dilectionis in-  
pendit dicens. pater ignosce illis. non enī  
sciunt qui faciunt. Quid ergo mirū si inimi-  
cos diligant discipuli dū uiuunt. quando &  
tunc inimicos diligit magister cū occiditur.  
Cuius dilectionis sūmā exprimit. cū subiungit.  
Maiorē hac dilectionē nemo habet. et animā suā  
ponat quis amicis suis. Mori etiā dñs pro inimi-  
cis uenerat. & tamen posturū se animā pro a-  
micis dicebat. Et profecto nobis ostenderet. quia  
cū diligendo. lucrū facere de inimicis possumus.  
etiam ipsi amici sunt qui persequuntur. Sed ecce  
nos usque ad mortē nemo persequitur. Unde  
ergo probare possumus. an diligimus amicos.

sed est quod in pace scē ecclē fieri debeat. Vnde  
 clarescat. si persecutionis tēpore mori pro dile  
 ctione ualeamus. **C**erte idē iohannes dicit. Qui  
 habuerit substantiā mundi. & uiderit fratrem  
 suū necesse habere & clauerit uiscera sua ab  
 eo. quomodo caritas dī manet in eo. Hinc  
 etiā iohannes baptista ait. **Q**ui habet duas  
 tunicas. det non habenti. **Q**ui ergo tran  
 quillitatis tēpore non dat. pro dō tunicam  
 suā. quādam in persecutione daturus est ani  
 mā suā. **V**irtus ergo caritatis ut inuicta  
 sit in perturbatione. nutriatur per miseri  
 cordiā in tranquillitate. **Q**uatenus omnipotenti  
 dō primū discat sua impendere. & postmodū se.

**S**equitur. **V**os amici mei estis. **Q**uanta est miseri  
 cordia conditoris nrī. **S**erui digni non fuimus. &  
 amici uocamus. **Q**uanta est dignitas hominū esse  
 amicos dī. sed audistis g̃tam dignitatis. audistis  
 & labore certaminis. **S**i feceritis que ego preci  
 pio uobis. amici mei estis. si ea que precipio fa  
 citis. **A**c si aperte dicat. **G**audetis de culmine.  
 pensate quibus laboribus peruenitur ad culmen.  
**C**erte dum filii zebedei interueniente

matre quererent. ut unus a dextris & alius a sin-<sup>di</sup>  
istris sedere debuissent. audierunt. Potestis bibe-  
re calicē quē ego bibiturus sū. Iam locū celsitu-  
dinis querebant. ad uiam illos ueritas reuocat. per  
quā ad celsitudinē uenirent. Ac si dicatur. Iam  
uos locus delectat celsitudinis. sed prius uia ex-  
erceat laboris. Per calicē pertingitur ad ma-  
iestatē. Si mens ur̄a appetit quod demulcet.  
prius bibite quod dolet. Sic sic per amarū po-  
culū confectionis. peruentur ad gaudiū salutis.

**I**am non dicā uos seruos. quia seruus nescit quid fa-  
ciat dominus eius. Vos autē dixi amicos. quia  
om̄a quęcūque audiui a patre meo nota feci  
uobis. Que sunt om̄a que audiunt a patre suo.  
que nota fieri uoluit seruis suis. ut eos effice-  
ret amicos suos. nisi gaudia interne caritatis.  
nisi festa illa superne patrie. que nr̄is cotidie  
mentibus per aspirationē sui amoris imprimit.  
**D**ū em̄ audita super celestia amamus. amata iā  
nouimus. quia amor ipse noticia est. Om̄a ergo  
eius nota fecerit. qui a terrenis desideriis immu-  
tati amoris summi facibus ardebant. Istos uero  
amicos dī aspexerat propheta. cū dicebat.

Mihi autē nimis honorificati sunt amici tui dī  
 Amicus enī quasi animi custos uocatur. Quia  
 igitur psalmista prospexit electos dī a mundi  
 huius amore separatos. custodire in mandatis  
 celestibus uoluntatē dī. miratus est amicos dī  
 dicens. **M**ihi autē nimis honorificati sunt. Ami  
 ci tui dī. **E**t tamquā si ab eo protinus causā ho  
 noris tanta nobis insinuari quereremus. ilico  
 adiunxit. Nimis confortatus est principatus eorū.  
**E**cce electi dī carnē domant. spm̄ roborant. de  
 monibus Imperant. uirtutibus coruscant. Pre  
 sentia despiciunt. æternā patriā cū uoce mo  
 ribus predicant. **E**tiam etiā moriendo diligunt.  
 atq; ad illā per tormenta percingunt. **O**ccidi  
 possunt. & flecti nequeunt. Nimis ergo con  
 fortatus est principatus eorū. In ista ipsa pas  
 sione qua ceciderunt in morte carnis. uideate  
 quantū fuerat culmen mentis. **U**nde hoc nisi  
 quia confortatus est principatus eorū. **S**ed si  
 magni forsitan pauci sunt. subiunxit. **D**imume  
 rabo eos & super harenā multiplicabuntur.  
**T**otū mundū fratres aspiciete. **m**artyribus est  
 plenus. **I**am pene tot qui uideamus non sumus.

quot ueritatis testes habemus. **D**ō ergo nume-  
rabiles nobis super arenā multiplicati sunt.  
quia quanti sint a nobis comprehendi non possunt  
**S**ed quisquis ad hanc peruenit dignitatē. ut a-  
micus uocetur dī. se se in se conspiciat. **D**ona  
autē que per fecit super se. nihil suis meritis  
tribuat. ne ad inimicicias erūpat. **U**nde & sub-  
ditur. **N**on uos me elegistis. sed ego elegi uos  
& posui uos ut eatis & fructū adferatis. & fru-  
ctus uester maneat. **P**osui ad grām. **P**lanta-  
ui ut eatis uolendo. fructū adferatis operan-  
do. **F**atis enī uolendo dixi. quia uelle aliquid  
facere mente ire est. **Q**ualē uero fructum  
afferre debeant subditur. **E**t fructus uester  
maneat. **O**mne quod secundū presens scdm la-  
boramus. uix usque ad mortē sufficit. **M**ors  
namq; interueniens. fructū nr̄i laboris  
abscidit. **Q**uod uero pro æterna uita agit.  
etiā post mortē seruatur. **E**t tunc appa-  
rere incipit. cū laborū carnaliū fructus  
coepert non uideri. **I**bi ergo illa retribu-  
tio inchoat. ubi ista terminatur. **Q**uisquis  
igitur iam eterna cognouit. apud eius



eius animū tēporales fructus uilescant. Tales  
 fructus operemur. qui maneant. Tales fruc  
 tus operemur. qui cū mors cuncta interimat.  
 ipsi exordium a morte sumant. Nam quod a  
 morte incipiat fructus dī. testatur propheta  
 qui dicit. Cū dederit dilectis suis somnū. hec  
 est hereditas dñi. Omnis qui dormit. in morte.  
 perdit hereditatē. Sed cū dederit dilectis suis  
 somnū. hec est hereditas dñi. quia electi dī post  
 quā peruerint ad mortē. tunc inuenient here  
 ditatē. Sequitur. Vt quod cūque petieritis  
 patrē in nomine meo det uobis. Ecce hic di  
 cit quod cūque petieritis patrē in nomine meo  
 det uobis. Rursū alibi per eundē euuange  
 listā dicit. Siquid petieritis patrē in nomine  
 meo det uobis. Usque modo non petistis quic  
 quā in nomine meo. Sic omne quod petimus  
 in nomine filii. dat nobis pater. Quid est quod  
 paulus ter dñm rogauit & exaudiri non me  
 ruit. sed dictū est illi. Sufficit tibi gratia  
 mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur

**N**umquid ille tā egregius predicator in filii

non.  
nomine petit. quare non accepit quod petit.  
quomodo ergo uerū est. quia quicquid petierimus  
in nomine filii dat nobis pater. si auferri  
a se angelū satane petit ap̄t̄s in nomine  
filii. & tamen quod petit non accepit.

**S**ed quia nomen filii in̄ est. **I**H̄C autē salua  
tor uel etiā saluataris dicitur. Ille ergo  
in nomine saluatoris petit. qui illud petit  
quod ad uerā salutē pertinet. Nā si id quod  
non expediat petitur. non in nomine ih̄u peti  
tur pater. Vnde & eisdem ap̄t̄s adhuc infirman  
tibus dñs dicit. Usque modo non petistis quicquā  
in nomine meo. Ac si aperte diceretur. Non  
petistis in nomine saluatoris. qui nescitis  
querere eternā salutē. Hinc est quod pau  
lus non exauditur. Quia si liberaretur a tēp  
tatione. ei non proderat ad salutē. Ecce  
uidemus fr̄s Km̄i. quanti multi ad sollempni  
tatē martyris conuenistis. Genua flecti  
tis. pectus tunditis. uoces orationis ac con  
fessionis emittitis. faciē lacrimis rigatis.

**S**ed pensate queso petitiones ur̄as. Vide

388  
te si in nomine ihu petitis. Id est si gaudia salutis eter-  
ne postulatis. In domo enim ihu ihm non queritis si in  
eternitatis templo in portune pro temporalibus oratis

**I**ccē alius in oratione querit uxore. alius petit uillam

Alius postulat ueste. Alius dari sibi postulat alimentū.

Et quidem cū hec idesunt. ab omnipotenti dō petenda sunt

Sed meminisse continue debemus. quod ex mandato.

eiusdē nr̄i redēptoris accepimus. Querite primū re-

gnū dī & iusticiā eius. & hec om̄a adicientur uo-

bis. **I**t hec utique ab ih̄v petere non est errare.

si tamen non nimie petantur. Sed adhuc quod

est grauius. alius postulat mortē Inimici. **I**unq;

quē gladio non potest. persequitur oratione

**I**t uiuit adhuc qui maledicetur. & tamen is qui ma-

ledict. iam de morte illius reus tenetur. Iubet

autē dī ut diligatur inimicus. & tamen rogatur

dī ut occidat inimicū. Quisquis itaque sic orat.

In ipsis suis precibus contra conditorē pugnat.

**V**nde & sub iude specie dicitur. Fiat oratio eius in

peccatū. Oratio quippe in peccato est. illa petere

que prohibet ipse qui petitur. **A**inc ueritas dicit.

**C**um statis adorandū. remittite siquid habetis in

cordibus ur̄is. Quā uirtutē remissionis apercius

ostendimus. si unū testimoniū testamenti ueteris profe-  
ramus. **C**erte cū iudea conditoris sui iusticiā culpā exi-  
gentibus offendisset. prophetā suū ab oratione dñi  
prohibens dicit. **N**on assumas laudē & orationē pro  
eis. **S**i moyses & samuel steterint corā me. non est  
anima mea ad populū istū. **Q**uid est quod inter mis-  
sis relictis que tot patribus soli moyses & samuel ad  
mediū deducuntur. quorū mira optinendi uirtus  
ostenditur. dū nec ipsi posse intercedere dicuntur.

**A**c si aperte dñs dicat. **N**ec illos audio. quos propter  
magnū petitionis sue meritū minime contemno.

**Q**uid ergo est quod moyses & samuel ceteris patribus  
in postulatione preferuntur. nisi quod duo hi tan-  
tummodo in cuncta testamenti ueteris serie etiam  
pro inimicis suis leguntur exorasse. **U**nus a populo  
lapidibus impetratur. et tamen pro lapidatore suo  
dñm deprecabatur. **A**lter ex principatu deicitur.  
& tamen petitus ut non exoraret. fatetur dicens.

**A**bsit a me hoc peccatū in dño. quo minus cessem ora-  
re pro uobis. **S**i moyses & samuel steterint co-  
rā me. non est anima mea ad populum istum.

**A**c si aperte dicat. **N**ec illos modo pro amicis au-  
dio quos magne uirtutis merito orare etiam

39  
pro inimicis scio; Virtus ergo uere orationis est. cel-  
situdo caritatis. Et tunc quisq; quod recte petit  
adipiscitur. cū eius animus in petitione nec Inimi-  
ci fuscatur odio. Sed plerūq; reluctantē animū  
vincimus. etiam cū pro inimicis oramus; Fundit  
ōs pro aduersariis precē. sed utinā cor teneat  
amore; Nam & orationē sepe Inimicis nr̄is Inpen-  
dimus. sed hanc ex preceptione potius fundimus.  
quā ex caritate. Nam & uitā inimicorū petimus. &  
tamen ne exaudiamur timemus; Sed quia inter-  
nus iudex potius mentē quā uerba considerat.  
pro inimico nihil postulat quia pro eo ex carita-  
te non orat; Sed ecce In nos inimicus grauius  
deliquit. dāna intulit. Iuuantes lesit. Amantes  
persecutus est. Retinenda hec essent. si remit-  
tenda nobis delicta non essent. Aduocatus & enī  
noster. precē nobis in causa nr̄a composuit &  
ipse eiusdē causę iudex est qui aduocatus. Preci-  
aut quā composuit. conditionē inseruit dicens.  
Dimitte nobis debita nr̄a sicut et nos dimitti-  
mus debitoribus nr̄is. Quia ergo ipse iudex  
uenit qui aduocatus extitit. Ipse precē exau-  
diuit qui fecit. Aut ergo non facientes dici

mus. dimitte nobis debita nr̄a. sicut & nos dimittimus  
debitoribus nr̄is. Et nosmet ipsos hoc dicendo am-  
plius ligamus. Aut fortasse hanc conditionē In o-  
ratione Intermittimus. & aduocatus noster pre-  
cē quā composuit. non recognoscit. at q̄ apud se  
protinus dicit. Scio quid monui non est ipsa ora-  
tio quā feci. Quid ergo agendū nobis est fr̄s. nisi  
ut uere caritatis affectū inpendamus fr̄ibus. nulla  
in corde malicia maneat. Consideret om̄s d̄s  
erga proximū caritatē nr̄am. ut nr̄is inpendat  
iniquitatibus pietatē suā. Mementote quod  
monemur. **Dimitte. & dimittemini.** Ecce  
et debetur nobis & debemus. **Dimittimus ergo**  
quod debetur nobis. ut dimittatur quod debe-  
tur nobis. Sed ad hec mens renititur. & uult  
implere quod audit. & tamen reluctatur.  
**A**d martyris tūbā consistimus. qui ad celeste regnū  
ex qua morte per uenerit scimus. Nos si pro  
xp̄o corpus cōponimus. saltē animū uincamus;  
**P**lacatus d̄s isto sacrificio. & probat in iudicio pie-  
tatis sue uictoriā pacis nr̄e. Certamen nr̄i cor-  
dis aspicit. & qui post uincentes remunerat. nunc  
de certantes iuuat. p̄ ihm xp̄m dñm nr̄m.

qui uiuit et regnat dñs in unitate sp̄s sc̄i per  
omnia secula seculorum amen.

**LEC̄ S̄C̄I EUVANGELII SC̄DM IOH̄AN**

**I**n illo. **E**rat quidā regulus. cuius filius in  
firmabatur capharnaum. Hic cū audisset quia  
ih̄s adueniret a iudea in galileam. abiit ad eū  
et rogabat eū ut descenderet. et sanaret filiū

**L**ectio sc̄i euuangel̄i quā modo fr̄s audistis.  
expositione non indiget. sed ne hanc tacite  
preterisse uideamur exhortando potius quā  
exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autē  
nobis solūmodo de expositione uideo esse re  
quirendū. Cur is qui ad salutē petendā uene  
rat audiuit. Nisi signa & prodigia uideritis.

Qui enī salutē querebat filio. procul dubio  
credebat. Neque enī ab eo querebat salutē. quē  
non crederet saluatore. Quare ergo dicitur nisi  
signa & prodigia uideritis non creditis. qui ante  
credidit quā signa uideret. sed memento te quid  
petit. & aperte cognoscitis. quia infide dubita  
uit. Poposcit nāq; ut descenderet. et sanaret

filium eius. **C**orporale ergo presenciam dñi que-  
rebat. qui per spm̄ nusquam de erat. **M**inus ergo  
**M** in illo credidit. quem non putauit posse salutem  
dare. nisi presens esset & corpore. **S**i enim perfe-  
cte credidisset. profecto sciret. quia non esset  
locus. ubi non esset dñs. **E**x magna ergo parte  
diffusus. qui uirtutem non dedit maiestati sed  
presencie corporali. **E**t salutem itaq; filio pe-  
tit. & tamen infide dubitauit. **Q**uia eum  
ad quem uenerat. & potentem credidit. & tamen  
moriens filio esse absentem putauit. **S**ed dñs  
rogatur ut uadat. quod non desit ubi inuitatur.  
indicat solo iussu. salutem reddit. qui uoluntate omnia crea-  
uit. **D**icit ei ihc. *vade.*  
ut. **Q**ua in re hoc est nobis sollerter intueendum.  
quod sicut euangelista alio testante didicimus.  
centurio ad dñm uenit dicens. **D**ñe puer meus  
iacet in domo paralyticus. & male torquetur.  
**Q**ui a ihu protinus respondetur. **E**go ueniam. &  
curabo eum. **Q**uid est quod regulus rogat ut ad  
eius filium eius filium ueniat. & tamen ire corpora-  
liter recusat. **A**d seruū uero centurionis non inui-  
tatur. & tamen corporaliter ire pollicetur.



41

Reguli filio per corporalem presenciam non dignatur ad esse. centurionis seruo non dedignatur occurrere. **Q**uid est hoc nisi quod superbia nra retunditur. qui in hominibus non naturam qua ad imaginem di facti sunt. sed honores & diuicias ueneramur. **C**umq; pensamus que circa eos sunt. negligimus pensare quod sunt. Redemptor uero nri ut ostenderet quia que alta sunt hominibus. scilicet despicienda sunt. Et que despecta sunt hominibus. scilicet despicienda non sunt. **A**d filium reguli ire noluit. ad seruum uero centurionis ire paratus fuit.

**I**ncrepata est ergo superbia nra. que nescit pensare homines. **P**ropter homines. sola ut diximus. que circumstant hominibus pensant. Naturam non aspiciunt. honorem di in hominibus non cognoscunt. <sup>lameo.</sup> **E**cce ire non uult filius di ad filium reguli. & tamen ire paratus est ad salutem serui. **C**erte si nos quispiam seruus rogaret ut ad eum ire deberemus. protinus nobis nra superbia in cogitatione tacta responderet dicens.

**N**on eas. quia temet ipsum degeneras. honor tuus despicitur. locus uilescit. **E**cce de celo uenit. qui seruo occurrere in terra non despicit. & tamen humiliari

In terra contempnimus qui de terra sumus. Quid  
uero uilius quid esse despectus potest quā seruare ho  
norē apud homines & interni testis oculos non time  
re. unde ipse dñs dicit. Vos estis qui iustificatis uos  
corā hominibus. dñs autē nouit corda urā. Quia quod  
hominibus altū est abhominabile est apud dñm.

**N**otate fr̄s. notate quod dicitur. Si em̄ quod homi  
nibus altū est abhominabile est apud dñm. Cogitatio  
cordis nr̄i tanto apud dñm in imo est. quanto homi  
nibus in alto est. Et humilitas cordis nr̄i tanto  
apud dñm in alto est. quanto hominibus in imo.

**D**espiciamus ergo siquid boni gerimus. nulla nos nr̄a  
inflet operatio. non rerū habundantia non gl̄a  
extollat. Si quibuslibet ex bonis affluentibus intu  
mescimus. dō despecti sumus. Quo contra psalmista  
de humilibus dicit. Custodiens paruulos dñs. quia  
paruulos humiles appellat. Post quā sententiā pro  
tulit. consiliū illius subiungit. Nā quasi querimus.  
quid ipse ad hęc faceret adiunxit. Humiliatus sū &  
liberauit me. <sup>Cog nouit</sup> Hęc ergo fr̄s cogitate. hęc tota in  
tentione pensate. Nolite ergo in proximis ur̄is bona  
mundi huius uenerari. hęc propt̄ dñm honorate

In hominibus quibus tamen commissi non estis. quod facti sunt ad imaginem dī. Quod tunc proximis uere seruatis. si apud uosmet ipsos prius in corde non tumescitis. Nam qui se adhuc pro rebus transitoris extollit. nescit in proximo uenerari quod maneat. Nolite ergo in uobismet ipsis pensare quod habetis. sed quid estis. +  
**E**cce mundus qui dicitur fugit. Sei isti ad quorū tumētia consistimus florentē mundū mentis despectu calcauerunt. Erat uita longa salus continua. opulencia in rebus. fecunditas in propagine. tranquillitas in diurna pace. Et tamen cū in se ipso floreret. iam in eorū cordibus mundus aruerat. Ecce iam in se ipso mundus aruit. Et ad huc in nrīs cordib; floret. ubiq; mors. ubiq; luctus. ubiq; dissolutio. undiq; percutimur. undiq; amaritudinib; replemur. Et tamen ceca mente. carnalis concupiscencie ipsā eius amaritudines amamus. fugientē sequimur. labenti in heremus. Et quia labentē retinere non possumus. cū ipso labimur quē cadentē tenemus. Aliquando nos mundus retraxit ad dō. nunc tantis plagis plenus est. ut ipse nos mundus mittat ad dīm. Pensate ergo quā nulla sunt que tēporaliter currunt

finis tēporaliū ostendat. Quā nihil est quod  
transire possit. casus rerū indicet. Quia res  
transiens. & tunc proprie nihil fuit cū stare  
uidetur. Nec ergo fr̄s km̄ sollicita consideratio  
ne pensate. In aeternitatis amore cor figite.  
ut dū terrena culmina adipisci contēpnitis. per  
ueniatis ad gl̄tam quā per fidē tenetis. p̄ dnm̄  
nr̄m ih̄m xp̄m qui uiuit & regnat d̄s cū patre  
in unitate sp̄s sc̄i p̄ om̄a sc̄ta sc̄torū amen.

### **IN ASCENSA DNI.**

**LECT. SCI EVVANGI. SEDON MARCV**

**I N I H O** E untes in uniuersū mundū. p̄dica  
te euuangelīū om̄i creature. Qui crediderit  
& baptizatus fuerit. saluus erit. Et reliq̄

**OMEL. BEATI GREGORII PAP. DE EADĒ. LECT.**

**Q**uod resurrectionē dominicā discripti tarde  
crediderunt. non tā illorū infirmitas.  
quā nr̄a ut ita dicā futura infirmitas fuit.

**I**psa nāq; resurrectio illis dubitantibus p̄ multa argu  
menta monstrata est. Que dū nos legentes agnosce  
mus. quid aliud quā de illorū dubitatione solida  
mur. **O**mus enī mihi maria magdalene prestet.

que cicus credidit. quā thomas qui diu dubitauit  
**I**lle & enī dubitando uulnerū cicatrices tetigit. &  
de nrō peccore dubitantis uulnus amputauit.

**A**d infinuandā quoq; ueritatē dominice resurrecti  
onis notandū nobis est quod lucas referat dicens.

**C**onuescens precepit eis ab hierosolimis ne discede  
rent. Et post pauca **V**identibus illis eleuatus  
est. & nubes suscepit eū ab oculis eorū. **N**otate

uerba. **signate mysteria** **C**onuescens eleuatus  
est. comedit & ascendit. **U**t uidelicet per ef  
fectū commestionis ueritas patesceret carnis.

**M**arcus uero priusquā celū ascendat dñs. eū de cor  
dis atq; infidelitatis duricia increpasse discipu  
los memorat. **Q**ua in re quid considerandū est.

nisi quod idcirco dñs tunc discipulos increpauit.  
cū corporaliter reliquit. ut uerba que recedens  
diceret. In corde audientū artius impressa remane  
rent. **I**ncrepata igitur eorū duricia. quid ammo  
nendo dicāmus <sup>audiamus</sup> **E**untes in mundū uniuersū. prædi

cate euuangelū omni creature. **N**ūquid fr̄ mei  
sc̄m euuangelū uel insensatis rebus uel brutis  
animalibus fuerat prædicandū. ut de eo discipulis

**S**icut ~~omnis creatura~~ dicatur · predicare euuangelium · omni creature  
**N**omine signatur homo · Sunt namque lapides · sed  
nec uiuunt nec sentiunt · Sunt herbe & arbuta  
uiuunt quidem sed non sentiunt · **V**iuunt dico non  
per animam · sed per uiriditatem · Quia & paulus dicit ·  
**I**nsipiens tu quod seminas non uiuificatur · nisi pri  
us moriatur · **V**iuat ergo quod moritur ut ui  
uificetur · **L**apides itaque sunt sed non uiuunt  
**A**rbuta enim sunt · uiuunt sed non sentiunt ·  
**B**ruta enim animalia sunt · uiuunt sentiunt · sed  
non discernunt · **A**ngeli & enim sunt · uiuunt sen  
tiunt & discernunt · **O**mnes autem creature · ali  
quid habet homo · **H**abet namque commune esse  
cum lapidibus · uiuere cum arboribus · sentire cum  
animalibus · **I**ntelligere cum angelis · **S**i igitur  
~~habet~~ habet aliquid commune cum omni creatura  
homo · iuxta aliquid omnis creatura <sup>est</sup> homo · **O**mni  
creature predicatur euuangelium · cum soli homi  
ni predicatur · **Q**uia ille uidelicet docetur · pro  
pter quem in terra cuncta creata sunt · & a quo  
omnia per quandam similitudinem aliena non sunt ·  
**P**otest etiam omnis creature nomine · omnis natio

gentium designari. Antea & enim dictum fuerat.  
In uiam gentium ne abieritis. Nunc autem dicitur.

**P**redicete omni creature. **U**t scilicet prius a iudea  
apostolorum repulsa predicatio tunc nobis in adiutorium  
fieret cum hanc illa ad damnationis sue testimonium su-  
perba reppulisset. Sed cum discipulos ad predicandum ue-  
ritas mittat. quid aliud in mundo facit. nisi grami-  
na seminis aspergit. & pauca gramina mittit in  
semine. ut multarum messium fruges recipiat ex nostra  
fide. Neque & enim in uniuerso mundo tanta fidelium  
messis exurgeret. si de manu domini super rationale  
terram illa electa grana predicantium non uenissent.

**S**equitur. Qui crediderit & baptizatus fuerit. saluus erit.

**Q**ui uero non crediderit condepnabitur. **P**ortasse unus  
quisque apud semet ipsum dicat. Ego iam credidi. sal-  
uus ero. **U**erum dicit. si fide operibus tenet. **V**era et  
enim fides est. que in hoc quod uerbis dicit. motibus  
non contradicit. **H**inc est enim quod de quibus falsis fi-  
delibus paulus dicit. Qui confitentur se nosse dominum.  
factis autem negant. **H**inc iohannes ait. Qui dicit se  
nosse dominum & mandata eius non custodit. mendax est.  
**Q**uod cum ita sit fidei nostre ueritatem. in uite nostre confi-

deratione debemus agnoscere. **T**unc enim ueraciter fideles sumus. si quod uerbis promittimus. operibus implemus. **I**ndie quippe baptismatis. omnibus nos antiqui hostis operibus atque omnibus pompis abrenunciare promisimus. **I**taque unusquisque uerum ad considerationem mentis oculos reducat. & si seruat post baptismum. quod ante baptismum spondit. certus iam quia fidelis est gaudeat. **S**ed ecce quod promisit. minime seruauit. **A**d exercenda praua opera. ad concupiscendas mundi pompas dilapsus est. uideamus ut si iam scit plangere quod errauit. **A** pud misericordem namque iudicem. nec ille fallax habebitur. qui ad ueritatem reuertitur. et iam postquam mentitur. **Q**uia omnipotens deus dum libenter nostram poenitentiam suscipit. ipse suo iudicio hoc quod errauimus abscondit. **S**igna autem eos qui credituri sunt haec sequentur. **I**n nomine meo demonia eicient. linguis loquentur nouis. serpentes tolerant. **E**t si mortiferum quid biberint. non eis nocerit. **S**uper egros manus imponent. & bene habebunt. **N**umquid nam fratres mei quia ista signa non factis. minime credidistis. sed haec necessaria in



49  
exordio eccle fuerunt. **V**t enī ad fidē cresceret  
miraculis fuerat nutrienda. **Q**uia & nos cū arbuta  
plantamus. tādū eis aquā fundimus. quo usque ea in  
terra conualuisse uideamus. **A**t si semel radicem  
fixerint. irrigatio cessabit. **H**inc est enī quod  
paulus dicit. **L**ingue in signo sunt fidelibus sed  
infidelibus. **H**abemus de his signis atq; uirtutibus  
que ad huc subtilius considerare debemus. **S**cā quippe  
ecclesia cotidie spiritaliter facit. quod tunc per  
aptos corporaliter faciebat. **N**am sacerdotes eius cum  
per exorcismi grām manū credentibus imponunt.  
& habitare malignos sp̄s in eorū mente contradicunt.  
**Q**uid aliud faciunt. nisi demonia eiciunt. & fideles quiq;  
qui iam uitae ueteris secularia uerba derelinquunt.  
**S**cā autē mysteria insonant. conditoris sui laudes & po  
tenciā quantum preualent narrant. quid aliud faciunt.  
nisi nouis linguis loquuntur. qui dū bonis suis exhor  
tationibus maliciā de alienis cordibus auferunt. ser  
pentes tollunt. **E**t dū pestiferas suasiones audiunt.  
sed tamen ad operationē prauā minime pertrahunt.  
mortiferū quidem est quod bibunt. sed non eis no  
cebit. **Q**ui quotiens proximos suos in bono opere

infirmari conspiciunt. dū eis tota uirtute con-  
currunt. et exemplo sue operationis illorū ui-  
tā roborant. que in propria actione titubabāt.  
quid aliud faciunt. nisi super egros manus impo-  
nunt. ut bene habeant. que nimirū miracula  
tanto maiora sunt. quanto spiritalia. **T**anto  
maiora sunt. quanto per hoc non corpora. sed  
aīe suscitantur. **H**ec itaque signa fr̄s Km̄i auctore  
dō si uultis facitis. **E**x illis enī exterioribus si-  
gnis. optineri scā uita ab hec operantibus non  
ualet. **N**am corporalia illa miracula ostendunt  
aliquando sc̄itate. non autē faciunt. **H**ec autē  
spiritalia que aguntur in mente uirtutē uite  
non ostendunt sed faciunt. **I**lla habere. & mali  
possunt. istis autē perfrui nisi boni non possunt.  
**V**nde de quibusdā ueritas dicit. **M**ulti dicent mihi  
in illa die. dñe dñe. nonne in nomine tuo pro-  
phetauimus. & in tuo nomine demonia eicimus. & in  
tuo nomine uirtutes multas fecimus. & tunc con-  
fitebor illis. quia nūquā noui uos. **D**iscedite ame  
qui operamini iniquitatē. **N**olite ergo fr̄s Km̄i  
amare signa. que possunt cū reprobis haberi

46  
cōmuna. Sed hec que modo diximus caritatis atq;  
pietatis miracula amate. que tanto securiora sunt.  
quanto et occulta. et de quibus apud dñm eoma  
ior fit retributio. quo apud homines minor est  
gloria. Sequitur. Et dñs quidē ihc postquā locu  
tus est eis assumptus est in celū. & sedit adextris  
di. In ueteri testamento cognouimus. quod he  
lias sit raptus in celū. Sed aliud est celū aeriū  
aliud ætheriū. Celū quippe aeriū terre est pro  
ximū. Vnde et aues celi dicimus. quia eas in aera  
uolitare uidemus. In celū quippe aeriū helias sub  
leuatus est. ut in secreta quadā terre regione  
repente duce<sup>re</sup>ntur. ubi in magna iam carnis &  
sp̄s quiete uiueret. quo usque ad finē mundi rede  
at. et mortis debitū soluat. Ille enī mortē distu  
lit non euasit. Redēptor autē noster quia non dis  
tulit superauit. Eamq; resurgendo confituit.  
& resurrectionis sue g<sup>l</sup>am ascendendo declara  
uit. Notandū quoq; est. quod helias legitur  
in curru ascendisse. Ut uidelicet aperte mon  
straretur. quia homo purus adiutorio egebat  
alieno. Per angelos quippe illa facta <sup>&</sup> ostensa sunt

ad iumenta. quia nec ad celū quidē aeriū per se  
ascendere poterat. quē nature sue infirmitas  
grauabat. Redēptor autē noster non curru  
non angelis subleuatus legitur. quia is qui fe  
cerat om̄a. nimirū super om̄a sua uirtute fere  
batur. Illo enī reuertebatur. ubi erat. & inde  
rediebat. ubi remanebat. **Q**uia cū per humani  
tate ascenderet in celū. per diuinitate suā & ter  
rā pariter continebat & celū. **S**icut autē ioseph  
a fr̄ibus uenditus. redēptoris nr̄i uenditionē fi  
gurauit. **S**icut enoch translatus. at q̄ ad celū  
aeriū helias subleuatus ascensionē dominicam  
designauit. **A**scensionis ergo sue dn̄s pre  
nuntios & testes habuit. unū ante legē alium sub lege.  
ut quandoq̄ ueniret ipse. qui ueraciter celos pene  
trare potuisset. **V**nde & ipse ordo in eorū quoq̄  
utorūq̄ subleuatione. per quedā incrementa  
distinguitur. **N**ā enoch translatus. helias uero  
ad celū subuectus esse memoratur. **U**t ueniret  
post modū. qui nec translatus nec subuectus celū  
aetheriū sua uirtute penetraret. **Q**ui nobis in  
se credentibus. quia carnis quoque mundiciam

47

largiretur. & sub eo per incrementa tēporū uir-  
tus castitatis excreseceret. In ipsa quoq; eorū trans-  
lacione qui ascensionē dominicā ut uidelicet fa-  
mulī designauerunt. & in ipso qui ad celū ascen-  
dit dñs ostendit. **N**ā enoch quidem uxore & fi-  
lios habuit. helias uero neque uxore neque filios  
legitur habuisse. pensate ergo quomodo per  
incrementa creuerit mundicia scitatis. quod &  
per translatos famulos. et per ascendētis dñi  
personā patenter ostenditur. **T**ranslatus nāq;  
est enoch. & per coitū genitus & per cohitū  
generans. Raptus est helias per coitū genitū.  
sed non iā per coitū generans. **A**ssumptus est  
uero dñs neq; per coitū generans. neq; per coi-  
tū generatus. **C**onsiderandū uero nobis est. quid  
est quod marcus ait. sedit a dextris di. & stephanus  
dicit. uideo celos apertos & filiū hominis stantē  
a dextris di. **Q**uid est quod marcus hunc sedentē  
stephanus uero stantē se uidere testatur. **S**ed sci-  
tis fr̄s quia sedere iudicantis est. stare uero pu-  
gnantis uel adiuuantis. **Q**uia igitur redēptor  
noster assumptus in celū & nunc om̄a iudicat. &

ad extremū iudex omnium ueniet. Hunc post  
assumptionē marcus sedere describit. quia post  
ascensionis sue glām iudex in fine uidebitur.

**S**tephanus uero in laboris certamine positus stan-  
tē uidit. quē adiutorē habuit. Quia iste in terra  
persecutorū in fidelitatē uinceret. pro illo de ce-  
lo illius gratia pugnauit. Sequitur. Illi autem  
profecti predicauerunt ubiq; Dño cooperante  
& sermonē confirmante signis. Quid in his consi-  
derandū est. quid memorie cōmendandū. nisi  
quod pręceptū oboedientia. oboedienciā uero  
signa secuta sunt. Sed quia auctore dō breuiter  
lectionē euuangelicā exponendo transcurrimus  
restat ut aliquid de ipsa consideratione tante  
sollēnitatis dicamus. Hoc autē nobis primum  
querendū est. quid nā sit quod nato dño appa-  
ruerunt angeli & tamen non leguntur in  
albis uestibus apparuisse. Ascendente autē  
dño. missi angeli in albis leguntur uestibus  
apparuisse. Sic & enī scriptū est. Videnti-  
bus illis eleuatus est. et nubes suscepit eum  
ab oculis eorū. Cūq; intuerentur in celum

eunte illū. ecce duo viri steterunt iuxta il-  
 los in uestibus albis. In albis autē uestibus gau-  
 diū & sollēnitas mentis adtenditur. Quid est er-  
 go quod nato dño non in albis uestibus. Ascendente  
 autē dño in albis uestibus apparent. nisi quod  
 magna tunc sollēnitas facta est. cū celū dī homo  
 penetrauit. quia nascente dño uidebatur diui-  
 nitas humiliata. Ascendente uero dño est huma-  
 nitas exaltata. Albe & enī uestes. exaltationi  
 magis congruunt. quā humiliacioni. In assūptio-  
 ne ergo eius angeli in albis uestibus uideri de-  
 buerunt. quia qui in natiuitate sua apparuit  
 dī humilis. in ascensione sua ostensus est homo  
 sublimis. Sed hoc nobis magnopere frī kmī  
 in hac sollēpnitate pensēdū est. quia deletū  
 est hodierna die cyrografum dā nationis  
 nrē. mutata est sententia corruptionis nrē.  
 Illa enī natura cui dictū est. terra es. & in ter-  
 rā ibis. hodie in celū it. Pro hac ipsa namq;  
 carnis nrē subleuatione. per figurā beatus  
 iob dnm auē uocat. Quia enī ascensionis eius  
 mysteriū. iudeā non intellegere conspexit.

de infidelitate eius sententiā protulit dicens;  
**S**emita ignorauit auis. Auis enim recte appellatus  
est dñs. quia corpus carneū ad ethera librauit.  
**Q**uius auis semita ignorauit. quisquis eū ad celum  
ascendisse non credidit. De hac sollēnitāte per  
psalmitā dicitur. Eleuata est magnificencia tua  
super celos. De hac rursus ait. Ascendit dñs in iubi  
latione. & dñs in uoce tubæ. De hac iterū dicit.  
**A**scendens in altū. captiuā duxit captiuitatē. dedit do  
na hominibus. Ascendens quippe in altū. captiuam  
duxit captiuitatē. quia corruptionē nrām uirtu  
te sue in corruptionis absorbit. Dedit uero do  
na hominibus. quia misso de super spū. alii uero ser  
monē sciencie. alii grām uirtutū. alii grām cura  
tionū. alii genera linguarū. alii inter prelatio  
nē sermonū tribuit. Dedit ergo dona hominibus.  
**D**e hac ascensionis grā. etiā abacuc ait. Eleuatus est  
sol. & luna stetit in ordine suo. Quis enim solis nomi  
ne. nisi dñs. & que lune nomine. nisi ecclā designa  
tur. Quo usque enim dñs ad celos ascendit. scā eius  
ecclā aduersa mundi omnimodo formidabit. At  
postquā eius ascensione roborata est. aperte pre



dicant quod occulte credidit. **E**leuatus est ergo  
sol. & luna stetit in ordine suo. quia cū dñs celū  
petit. scā eius ecclā in auctoritate predicauit.

**H**inc eiusdē ecclē uoce per salomonē dicitur. Ecce  
iste uenit saliens in montibus. & transiliens colles

**C**onsiderauit nāq; tantorū operū culmina. & ait.

**E**cce iste uenit saliens in montibus. Veniendo  
quippe ad redēptionē nrām. quosdā ut ita dixē  
rim saltus dedit. **V**ultis fr̄s km̄i ipsos eius saltus  
agnoscere. de celo uenit in uterū. **D**e utero  
uenit in presēpiū. **D**e presēpio uenit in cruce.

**D**e cruce uenit in sepulchrū. **D**e sepulchro rediit  
in celū. **E**cce ut nos post se currere faceret

quosdā pro nobis saltus manifestata per carnē ue  
ritas dedit. **Q**uia exultauit ut gigas ad curren  
dā uia. ut nos ei ex corde diceremus. **T**rahe me  
post te. curremus. In odore unguentorū tuorū

**U**nde fr̄s km̄i oportet. ut illuc sequantur corde.  
ubi eū corpore ascendisse credimus. **D**esideria  
terrena fugiamus. nihil nos iā delectet hūmā  
nis. qui patrē habemus in celis. **E**t hoc nobis ma  
gnopere perpendū est. quia is qui placidus

ascendit. terribilis redit. Et quicquid nobis cū man-  
suetudine precepit. hoc a nobis cū districtione ex-  
iget. Nemo ergo indulta penitencie tēpora  
paruipendat. nemo curā sui dū ualet agere ne-  
glegat. Quia redēptor noster tanto tunc in iudi-  
ciū districtior ueniet. quanto nobis ante iudi-  
ciū magnā penitenciā prerogauit. Hęc itaque  
fr̄i uobiscū agite. hęc in mente sedula cogitati-  
one uersate. Quāuis adhuc rerū perturbacioni-  
bus animus fluctuet. iam tamen spei ur̄e ancho-  
ram in eternā patriā figite. Intentionē men-  
tis in uera luce solidate. Ecce ad celū ascendis-  
se dñm audiimus. Hoc ergo seruemus in me-  
ditatione. quod credimus. Et si adhuc hic te-  
nemur infirmitate corporis. sequamur tamen  
eū passibus amoris. Non autē deserit desideriu  
nr̄m. ipse qui dedit ih̄s xp̄c dñs noster. qui uiuit  
& regnat cū patre in unitate sp̄s sc̄i d̄s per om̄a  
sēcula sētorū amen.

**LECT SEI EVVANGELII SEDON IOHANNĒ**

**I**mitto tepr̄. dixit ih̄s discipulis suis. Siquis diligit  
me sermonē meū seruabit. Et pater meus

50  
diliget eū & ad eū ueniemus & mansione apud eū  
faciemus. & cetera. **IT. OMNE LECT. EIVSDEM.**

**L**IBET FR. KMI EUANGELICE UERBA LECTIONIS SUB  
BREUITATE TRANSCURRERE. UT POSTEA DIUCIUS LICE  
AT IN CONTEPLATIONE TANTE SOLLENNITATIS IMMORARI.

**H**odie naq; sps scs repentino fontu super discipulos uenit  
mentes q; carnaliu in sui amore permutauit. Et fo  
ris apparentibus igneis linguis. Intus facta sunt  
corda flāmaria. Quia dū dñm in ignis uisione sus  
cipiunt. per amorē suauiter arserunt. Ipse naq;  
scs sps. amor est. Vnde & iohannes dicit. Dñs ca  
ritas est. Qui ergo mente integra dñm desi  
derat. profecto iam habet quē amat. Neque  
enī quisquā posset dñm diligere. si eū quē diligit  
non haberet. Sed ecce si unus quisque urm̄ requi  
ritur an diligat dñm. tota fiducia & secura mente  
respondet. diligo; In ipso autē lectionis exordio  
audistis. quod ueritas dixit. Siquis diligit me ser  
monē meū seruabit. Probatio ergo dilectionis  
exhibitio est operis. Hinc in epistola sua isdem  
iohannes dicit. Qui dicit quia diligo dñm & man

data eius non custodit. mendax est. Vere enim di-  
ligimus si ad mandata eius a nostris nos uoluptatibus  
coartamur. Nam qui adhuc per illicita deside-  
ria diffluit. profecto dominum non amat. quia ei  
in sua uoluptate contradicit. Et pater meus  
diliget eum. & ad eum ueniemus. & mansionem a-  
pud eum faciemus. Pensate fratres karissimi quanta sit  
ista sollemnitas. habere in cordis hospicio aduen-  
tum dei. Certe si domum uestram quisquam diues ac  
prepotens amicus intraret. omni festinancia  
domus tota mundaretur. ne quid fortasse es-  
set. quod oculos amici intrantis offenderet.  
Tergeat ergo sordes prauis operibus. qui deo preparat  
domum mentis. Sed uidete quid ueritas dicat. Ve-  
niamus & mansionem apud eum faciemus. In quorunda-  
& enim corda uenit. & mansionem non facit. quia per  
conpunctionem quidem dei respectum percipiunt.  
sed temptationis tempore hoc ipsum quod conpuncti  
fuerant obliuiscuntur. Sic quod ad perpetranda  
facinora redeunt. ac si hec minime planxissent.  
Qui ergo dominum uere diligit. qui eius mandata cu-  
stodit. In eius corde dominus & uenit & mansionem facit.

quia sic eum diuinitatis amor penetrat ut ab hoc  
 amore tēptationis tēpore non recedat. **I**lle ergo  
 uere amat. cuius uidelicet mente delectatio pra  
 ua ex consensu non superat. **N**am tanto quisque a  
 superno amore disiungitur. quanto inferius delecta  
 tur. **V**nde & adhuc subditur. **Q**ui non diligit me  
 sermones meos non seruat. **A**d uosmet ipsos ergo  
 fr̄s km̄i interioribus redite. si uere amatis d̄m exqui  
 rite. **N**ec tamen sibi aliquis credat. quicquid sibi  
 animus sine operis attestacione responderit. **D**e di  
 lectione conditoris lingua mens & uita requiratur.

**N**ūquā dī amor est ociosus. operatur enī magna  
 si est. **S**i uero operari rennuit. amor non est.

**E**t sermonē quē audistis non est meus. sed eius  
 qui misit me patris. **S**citis fr̄s km̄i quia ipse lo  
 quitur. unigenitus filius uerbū patris est. **E**t quia  
 se ipsū loquitur. ideo sermonē quē loquitur filius.  
 non est filii. sed patris. quia ipse filius uerbū est patris.

**E**t locutus sū uobis. apud uos manens. **Q**uando non  
 maneret apud eos. qui ascensurus celum promittit  
 dicens. ecce ego uobiscū om̄ibus diebus usque ad con  
 sumationē seculi. **S**ed uerbū incarnatū & manet  
 & recedit.

Recedit corpore. manet diuinitate. Apud eos ergo  
tē mansisse perhibet. quia qui inuisibili semp pote  
state pre erat corporali iam uisione recedebat.

**P**araclitus autē sp̄s sc̄i quē mittet pater in nomi  
ne meo. ille uos docebit om̄a & suggerit uobis  
om̄a quecūq; dixero uobis. **N**ostis plurimū fr̄i  
mei. quod greca locutione paraclitus. latina  
aduocatus dicitur uel consolator. **Q**ui idcirco  
aduocatus dicitur. quia pro errore delinquen  
tū. apud iusticiā patris interuenit. **Q**ui unius  
substantie cū patre & filio exorare pro delin  
quentibus perhibetur. quia eos quos repleuerit  
exorantes facit. **U**nde & paulus dicit. **I**pse enī  
sp̄s postulat pro nobis gemitibus inenarrabili  
bus. **M**inor uero est qui postulat. quā qui po  
stulatur. **Q**uomodo ergo sp̄s postulare dicitur  
qui minor non est. sed ipse sp̄s postulat. quia  
ad postulandū eos quos repleuerit inflamat.  
**C**onsolator autē isde sp̄s uocatur. quia de peccati  
perpetratione merentibus. dū spem uenię pre  
parat ab afflictione tristitię mentē leuat.  
**D**e quo recte promittitur. **I**pse uos docebit om̄a

Quia nisi isdem sp̄s adsit cordi audientis. otiosus est sermo loquentis. Nemo ergo docenti homini tribuat quod ex ore docentis intellegit. Quia nisi intus sit qui doceat. doctoris lingua exterius in uacuum laborat. Ecce unā loquentis uocē om̄s pariter auditis. nec tamen pariter sensū audite uocis percipitis.

Cū ergo uox dispar non sit. cur in cordibus ur̄i dispar est uocis intellegentia. nisi quia per hoc quod uox loquentis cōmuniter ammonet. Est magister interior. qui de uocis intellegentia quosdam specialiter docet. De hac unctione sp̄s. rursus per iohannē dicitur. Sicut unctio eius docet uos de om̄ibus. Per uocē ergo non instruitur.

quando mens per sp̄m non ungitur. Sed cur ista de doctrina hominū loquimur. quando & ipse conditor non ad eruditionē hominis loquitur. si eidem homini per unctionē sp̄s non loquatur. Certe cam priusquā fratricidiū opere perpetraret. audiuit.

peccasti. quiesce. Sed quia exigentibus culpis suis uoce est ammonitus non unctione. audire di uerba potuit. sed reseruare contempsit. Requirendū uero nobis est. cur de eodē sp̄u dicat. suggeret.

nobis omnia cum suggerere esse solet minoris  
**S**ed quia suggerere<sup>re</sup> aliquando dicimus subministra  
re. inuisibilis spiritus suggerere dicitur. non quod  
nobis scientiam ab imo inferat. sed ab occulto.

**P**acem meam relinquo uobis. pacem meam do uobis.  
**H**ic relinquo. illic do. **S**equentibus relinquo.  
illuementibus do. **E**cce fratres karissimi uerba sacre  
lectionis sub breuitate transcurramus. nunc  
in contemplatione tante sollempnitatis animum  
transferamus. **S**ed quia cum locutione euuan  
gelica uobis est etiam actu aptorum lectio re  
citata. ex ea ergo aliquid in usum nostre conte  
plationis trahamus. **A**udistis et enim quia  
spiritus sanctus super discipulos in igneis linguis apparuit.  
omniumque linguarum scientiam dedit. **Q**uid scilicet hoc  
miraculo designans. nisi quod sancta ecclesia eodem spiritu re  
pleta. omnium gentium erat uoce locutura. **Q**ui uero  
contra dominum turres edificare conati sunt. comuni  
ter unius lingue perdidit. **I**n his autem qui dominum ha  
milter metuebant. lingue omnes uice fuit. **H**ic er  
go humilitas uirtutem meruit. illic superbia con  
fusionem. **S**ed querendum nobis est. cur spiritus sanctus patri



& filio coeternus in igne apparuit. **C**ur in igne  
 simul & linguis. cur aliquando in colūba. **A**liquan  
 do uero in igne monstratur. cur super unigenitū  
 filiū apparuit in colūbe specie. & super discipulos  
 in igne. Ita ut neq; sup dñm ueniret in igne. neq;  
 sup discipulos monstraretur in colūba. **P**er quat  
 tuor itaq; hec que proposuimus redeamus soluendo

**P**atri nāq; & filio coeternus sp̄s in igne monstratur.  
 quia incorporeus & ineffabilis atq; inuisibilis ignis  
 est d̄s. attestante paulo. **D**̄s noster ignis consumens  
 est. **D**̄s quippe ignis dicitur. quia per hunc pec  
 catorū rubigo consumitur. **D**e hoc igne ueritas  
 dicit. **I**gnē ueni mittere in terrā. **E**t quid uolo nisi  
 ut ardeat. **T**erra em̄ uocata sunt corda terrēna

**Q**ue dū semp infimas cogitationes in se congerunt.  
 a malignis sp̄ibus conculcantur. **S**ed ignē dñs in ter  
 rā mittat. cū a flatu sc̄i sp̄s cor carnaliū inflamat.

**T**erra itaque accenditur. cū cor carnale in suis prius uolupta  
 tibus frigidū relinquunt concupiscencias presentis sc̄i. &  
 ardet per amorē d̄i. **B**ene ergo in igne apparuit sp̄s.  
 qui ab om̄i corde quod replet corpore frigoris excucit.  
 & hoc in desiderio sue eternitatis accendit. **I**n ignis autē

linguis monstratus est quia isdē sp̄s coe'ter nus est filio  
**E**t maximā cognitionē habet lingua cū uerbo. **U**erbu  
quippe patris filius. **E**t quia una est sp̄s & uerbi sub  
stantia. isdē sp̄s monstrari debuit in lingua. **V**el cer  
te quia per linguā procedit uerbu. in linguis apparuit  
sp̄s. quia quisquis scō spū tangitur. dī uerbu id est uni  
genitū filiū confiteatur. **E**t negare dī uerbu non  
ualet. qui iā scī sp̄s linguā habet. **V**el certe in linguis  
igneis apparuit sp̄s. quia om̄s quos repleuerit arden  
tes pariter & loquentes facit. **L**inguae igneas docto  
res habent. quia dū dñm amando predicant. corda audi  
entiū inflāmant. **N**ā otiosus sermo est doctoris. si pre  
bere non ualet incendium amoris. **H**oc doctrine in  
cendiū. ab ipso ueritatis ore concoeperant qui dicebant.  
**N**onne cor nr̄m ardens erat in nobis dū loqueretur  
in uia & aperiret nobis scripturas. **E**xaudico quip  
pe sermone. inardescit animus. torporis frigus re  
cedit. **F**it mens in superno desiderio anxia. a concu  
piscenciis terrenis aliena. **A**mor uerus qui hanc re  
pleuerit. in fletibus cruciatur. **S**ed dū tali ardore cru  
ciatur. ipsis suis cruciatibus pascitur. **A**udire et libet  
precepta celestia. & quod mandatis instruitur.

quasi tot facibus inflānatur. Et que torquebat prius  
per desideria ardet post modū per uerba. Unde  
bene per moysen dicitur. **I**ndextera eius ignea lex  
**S**inistra quippe reprobi qui ad sinistra deponendi sunt.

dextera autē dī apellantur electi. **I**ndextera autē  
dī ignea lex est. quia electi mandata celestia nequaquā  
frigido corde audiunt. sed ad hec amoris intimi facib;  
inardescunt. **S**ermo ad aurē ducitur. & mens eorum

sibimet irata ex interne dulcedinis flāma concremāt.

**I**ncolūba uero & igne <sup>sp̄.</sup> monstratus est. quia om̄s quos re-  
pleuerit simplices ardentes pariter & loquentes facit

**S**implices puritate. ardentes emulatione. Neque  
& enim placeret dō aut simplicitas sine zelo. aut  
zelus sine simplicitate. **H**inc ergo ueritas dicit.

**E**stote prudentes sicut serpentes. & simplices sicut  
columbe. **Q**ua in re notandū est quod discipulos suos  
nec de colūba sine serpente. nec de serpente sine  
colūba. uoluit dn̄s ammonere. **Q**uatenus & colū-  
be simplicitatē astucia serpentis accenderet.  
et serpentis astuciā colūbe simplicitas tēperaret.

**H**inc paulus ait. Nolite pueri effici sensibus. ecce  
prudenciā audiuimus serpentis. nunc de simplici

tate colūbe moneamur. Sed malicia paruuli esto  
te. Hinc de beato iob dicitur. Erat uir simplex  
& rectus. **Q**ue est autē rectitudo sine sim  
plicitate. aut que simplicitas sine rectitudine.  
quia <sup>ergo</sup> & rectitudinē docet iste sp̄s & simplicitatē  
et in igne monstrari debuit & in colūba. **Q**uati  
nus omē cor quod eius gracia tangitur. & man  
suetudine tranquillū. & zelo iusticie accensū  
fiat. **E**xtrēmū <sup>uero</sup> querendū est. cur in ipso redēpto  
re n̄ro mediatore di & hominū per colūbā appa  
ruit. Indiscipulis uero per ignē. **C**erte unige  
nitus filius iudex est generis humani. **S**iquis iu  
sticiā eius feret. si prius quā nos per mansuetu  
dinē colligeret. culpas n̄ras per zelū rectitudinis  
examinare uoluisset. homo ergo pro hominibus  
factus. mitē se hominibus prebuit. **N**oluit pec  
catores ferire. sed colligere. **P**rius uoluit  
mansuete corrigere ut haberet. & post modū  
in iudicio saluaret. **I**n colūba ergo apparere  
super sp̄s debuit. qui non ueniebat ut peccata  
iam per zelū percuteret. sed ad huc per man  
suetudinē toleraret. **A**t contra super discipu

54  
los in igne debuit sp̄i sc̄i monstrari . ut hi qui erant sim-  
pliciter homines . atq; ideo peccatores . eos contra semet  
ipsos spiritalis feruor accenderet . Et peccata que d̄p  
mansuetudinē parceret . ipsi in se per penitentiā puni-  
rent . Nec ipsi quippe poterant esse sine peccato . qui  
adherabant celesti magistro . Iohanne acceptante  
qui ait . Si dixerimus quia peccata non habemus . nos  
ipsos seducimus . & ueritas in nobis non est . In igne ergo  
uenit in hominibus . in colūba uero apparuit in dño .

Quia peccata nr̄a que pie mansuetudinē dñi tolerat .  
nos per zelū reuerentis debemus caute conspicere .  
& ardore semp̄ penitencie cremare . Igitur p̄ colū-  
bā sp̄i in redēptore monstratus est . per ignē uero  
in hominibus . quia quanto nr̄i iudicis facta est seueri-  
tas tēperata . tanto erga se debet fieri nr̄a infirmi-  
tas accensa . Quatuor itaq; propositionū expleta  
ratione . ad dona eiusdē sp̄i contēplanda transeamus .

De ip̄o quippe sp̄u scriptū est . Sp̄i eius ornaū celos .

Ornamenta celorū sunt . uirtutes sunt predicantiū

Que uidelicet ornamenta paulus enumerat dicens .

Alii datur per sp̄m sermo sapiencie . alii sermo sci-  
encie . sc̄dm eundē sp̄m . Alteri fides in eodē spiritu .

**A**li in grā sūctatū in uno spū. **A**li operatio uirtutū. Alii  
prophetia. Alii discretio spiritūū. **A**li genera linguarū.  
interp̄tatio sermonū. Hęc autē om̄a operatur unus atque  
idē sp̄s diuidens singulis pro ut uult. Quot ergo sunt bona  
predicantiū. tot sunt ornamenta celorū. Hinc rursūm  
scriptū est. **U**erbo dñi celi firmati sunt & spū oris eius  
om̄is uirtus eorū. **U**erbū enī dñi. filius est patris.

**S**ed eisdē celos uidelicet scōs aptos. ut tota simul tri  
nitatis ostendatur operata. repente de sc̄i sp̄s diuinita  
te adiungitur. Spū oris eius om̄is uirtus eorū. **C**elo  
rū igitur uirtus. de spū sūpta est. Quia mundi hui'  
potestatibus contra ire non presumerent nisi eos  
sc̄i sp̄s fortitudo solidasset. Quales nāq; doctores sc̄e  
ecclē ante aduentū huius sp̄s fuerint scimus. & post aduentū  
illius cuius fortitudinis sint facti conspiciunt. **C**erte iste  
pastor ipse ecclē ad cuius sacratissimū corpus sedemus.  
quantē debilitatis quantē q̄ formidinis ante aduen  
tū sp̄s fuerit. ancilla hostiaria requisita dicat. **U**na  
enī mulieris uoce percussus. dū mori timuit. uitā  
negauit. **E**t pensandū quia conphensū petrus ne  
gauit in terra. quē suspensū lacro est confessus  
in cruce. **S**ed uir iste tantē formidinis qualis post

56  
post aduentū sp̄s existat audiamus. **P**ic conuentus  
magistratus atq; seniorū cesis denunciāt aptis ne in  
nomine ihu loqui debeant petrus magna auctoritate  
respondit. **O**boedire oportet dō magis quā hominibus  
**S**i iustū est in conspectu di uos potius audire quā dñm iu  
dicare. **N**on possumus enī que uidimus & audiuimus  
non loqui. **E**t illi quidē ibant gaudentes a conspectu  
concilii quō digni habiti sunt pro nomine. ih̄v. contu  
melā pati. **E**cce gaudet petrus in uerbis qui ante  
timebat in uerbis. **E**t qui prius ancille uocē requisitus  
timuit. post aduentū sc̄i sp̄s uires principū cesis p̄mit  
**L**ibet oculos fidei in uirtute opificis huius atcollere atq;  
sparsi patres noui testamenti. ac ueteris considerare.  
**E**cce apertis eisdē oculis fidei. dauid. amos. danielē.  
petrū. paulū. matheum. **I**ntueor. **E**t sc̄i iste sp̄s qua  
lis sit artifex considerare uolo. sed in ipsa mea con  
sideratione deficio. **I**mplet nāq; cytharedū puerū.  
& psalmistā facit. **I**mplet pastorē armentarium.  
licomoros uelliantē & prophetā facit. **I**mplet  
abstinentē puerū & iudicē senū facit. **P**ersecu  
**P**ersecutorē nāq; doctore genciū facit. **I**mplet  
publicanū & euuangelistā facit. **O** qualis ē arti

fex iste sp̄s. nulla addiscendū mora agitur. In om̄e quod uolu  
erit mox tetigerit. mentē docet. Solūq; tetigisse docuisse ē.

**N**am humanū animū subito ut illustrat immutat. abnegat hunc  
repente quod erat. exhibet repente quod non erat. Pense  
mus predicatorēs scōs nr̄os quales hodierna die repperit. qua  
les fecit. **C**erte qui in uno conclaui pro iudeorū metu resi  
debant. Natiuitatis suę singuli linguā nouerant. & tamen  
nec ea lingua quā nouerant. aperte xp̄m loqui p̄sumebant.

**U**entē sp̄s & in ore eos per diuersitatē linguarū docuit. In men  
te autē ex auctoritate roborauit. **C**oeperunt & in aliena  
xp̄m eloqui. qui de illo prius & in sua lingua loqui metuebant.

**I**nflāmatū & enī cor despexit tormenta corporis que  
ante metuebat. **V**icit uim carnalis formidinis pre amo  
re conditoris. **E**t qui prius suis aduersariis sub cūbebant  
formidine. eis p̄erant iā auctoritate. **Q**ui ergo intan  
te eos celsitudinis culm̄ erexit. quid aliud dixerit nisi  
nisi quod terrenorū hominū mentes celū fecit. **P**ensa  
te fr̄i km̄ post incarnationē unigeniti filii. qualis  
sit hodierna sollempnitas de aduentu sp̄s sc̄i. Sicut enī  
illa. ita quoq; & hec est honorabilis. In illa quippe  
d̄s in se p̄manens. semet ipsū creauit hominē. In ista  
uero homines uenientē desup susceperunt d̄m.



57

In illa dī naturaliter factus est homo. in ista homines  
facti sunt per adoptionē dī. Si ergo remanere carna-  
les in morte nolumus hunc uiuificantē spm̄ amemus. fr̄. Km̄i  
**S**ed quia caro spm̄ nescit. discat fortasse carnali cogita-  
tione apud se aliquis. Quomodo diligere ualeo quē  
ignoro. Hec & nos concedimus. quia mens uisibilibus  
intenta uidere nescit Inuisibile. Nulla enī nisi uisi-  
bilia cogitat eaque & cū non agit eorū imagines in-  
trorsus trahit. **D**ūq; imaginibus corporeis iacet.  
surgere ad incorporea non ualet. Vnde fit ut tanto  
deterior creatorē nesciat. quanto in cogitatione sua  
familiarius corporeā creaturā portat. Sed cū dīm ui-  
dere non possumus habemus aliquid quod agamus.  
unde iter fiat quo ad eū nr̄e intellegentię oculus  
ueniat. Certe quē in se uidere nullomodo ualemus  
hunc in seruis suis uidere iā possumus. Quos dū mira  
conspicimus agere certū nobis fit in eorū mentibus  
dīm habitare. In re autē Incorporea a rebus corpora-  
libus usū trahamus. Nemo & enī nr̄orū ore orientē  
in spera illius intueno ualeat conspiciere quia tensi in  
eius radis oculi reuerberantur. Sed sole inlustratos  
montes aspiciamus & quia iā sol ortus est uidemus.

Quia ergo solē iusticie in se ipso uidere non possumus  
inlustratos montes claritate illius uidemus. scōs uidelicet  
aptos qui uirtutibus emicant. miraculis coruscant. quos  
nata solis claritas pfudit. Et cū in se ipso sit inuisibi  
lis. per eos nobis quasi p̄ inlustratos montes se uisibile  
prebuit. Virtus enī diuinitatis in se quasi sol in celo est  
uirtus diuinitatis in hominibus sol in terra. Solē ergo  
iusticie in t̄ueamus in terra. quē uidere non possumus  
in celo. Vt dū in offenso pede operis per hunc in terra  
gradimur. ad inueniendū illū quod n̄doq; oculos & ince  
lū leuemus. Sed in offenso pede iter nr̄m in terra  
agitur. si d̄s ac proximus integra mente diligatur.  
Nec enī d̄s uere sine proximo. nec proximus uere diligit  
sine dō. Hinc est quod sic in alio sermone iā diximus. isdē  
sp̄s sc̄do legitur discipulis datus. Prius a d̄no in terra de  
gente. post modū a d̄no celo p̄sidente. In terra <sup>quippe</sup> ut diliga  
tur proximus. e celo uero ut diligatur d̄s. Sed cur pri  
us in terra post modū e celo. nisi quod patenter datur  
intellegi. qui iuxta iohannis uocē. qui non diligit fratrem  
quē uidet. d̄m quē non uidet. quomodo potest dilige  
re. diligamus proximū fr̄m. amemus eū qui iuxta nos  
est. ut puenire ualeamus ad amorē illius qui sup

nos est. Meditetur mens in proximo. quod exhibeat  
 do. ut perfecte mereat in do gaudere proximo. Tunc ad  
 illa frequentie leticia peruenimus. de qua nunc sci sps  
 pignus accepimus. Ad istu fine toto amore tendamus  
 In quo sine fine letabimur. Ibi sup noru ciuiu societas  
 sca. ibi sollentitas certa. Ibi requies secura. ibi pax uera  
 que nobis ia non relinquit sed dat. p dnm nr m ihm  
 xpm qui uiuit & regnat cu patre ds in unitate sps sci

per omnia secula secula seculorum am. SABB. MSIS. VII<sup>mi</sup>.

**L**ECT SCI EVVANGELI SECDI LUCAM

**I**n illo dicebat ihu turbis similitudine hanc. Arbore  
 fici habebat quida plantata in uinea sua. & cetera.

**D**ns & redeptor noster p euuangeliu suu. ali  
 quando uerbis loquitur. aliquando rebus. Ali  
 quando aliud uerbis. atq; aliud rebus. Aliquando aut  
 hoc uerbis quod rebus. Dnas & eni res ex euuangelio  
 auditis frs. ficulnea infructuosa & muliere curua  
 & utriq; rei pietas impensa. Illud aut dixit p similitu  
 dine. istud egit p exhibicione. Sed hoc significat  
 ficulnea infructuosa. quod mulier inclinata.

Et hoc ficulnea reseruata quod mulier erecta.

Dns uinee. tercio uenit ad ficulnea & fructu minime.

inuenit. Et mulier que erecta est. decē & octo an-  
nis fuerat curua. Hoc autē decē & octo annorū nu-  
mero signatur. quod tercio dñs uinee ad infructu-  
osā ficulneā uenisse perhibetur. Quia igitur pre-  
mittendo summati tota p̄strinximus. iā p̄lectionis  
ordinē singula disseramus. Arborē fici habebat  
quidā plantatā in uinea sua. & uenit querens fru-  
ctū & non inuenit. Quid arbor fici nisi humanā  
naturā signat. quid mulier inclinata. nisi eandem  
naturā significando denunciat. que & bene plan-  
tata est. sicut ficus. & bene creata sicut mulier.

Sed inculpā propria sponte delapsa. neque fructū ser-  
uat operationis. neq; statū rectitudinis. Ad peccatū  
quippe ex uoluntate corruens. quia fructū oboedien-  
cie ferre noluit. statū rectitudinis amisit. Que addi-  
similitudinē condita dū in sua dignitate non p̄stitit  
quod plantata uel creata fuerat. seruata concēpsit.

Tercio dñs uinee ad ficulneā uenit. quia naturā gene-  
ris humani. ante legē. sub lege. sub gratia. expec-  
tando. ammonendo. uisitando requisit. Dixit  
ad cultorē uinee. Ecce anni tres sunt ex quo uenio  
querens fructū in ficulnea hac & non inuenio.

54  
Venit ante legē quia per naturalē intellectū quod unus  
quisque exemplo sui qualiter erga proximū agere debuis  
set innotuit. Venit in lege quia precipiendo docuit.

Venit post legē p̄ grām quia pietatis suę presenciā exhi  
bendo monstravit. Sed tam̄ in tribus annis fructū se non  
inuenisse conuertitur quia quorundā prauorū mentes  
nec inspirata lex naturalis corrigit nec precepta erudi  
unt nec incarnationis eius miracula conuertunt.

Quid uero per cultorem ficulneę nisi p̄positorū ordo  
exprimitur. Qui dū p̄ sunt ecclē nimirū dominice  
uineę curā gerunt. Huius enī uineę primus cultor  
petrus ap̄t̄ exercit. Hunc nos indigni sequimur. In  
quantū pro eruditione ur̄a docendo dep̄cando incre  
pando laboremur. Sed cū magno iā timore audiendū  
est quod cultori de infructuosa arbore dicit. Succide  
eā ut quid etiā terrā occupat. Unusquisq; iuxta  
modū suū. In quantū locū presencis uite tenet si fru  
ctū bonę operationis non exhibet uelut infructuosa  
arbor terrā occupat. Quia in eo loco in quo ipse est  
& alius operandi occasionē negat. Sed in hoc sc̄to po  
tens quilibet si fructū bonę operationis non habet  
etiā inpendimentū ceteris prestat. Quia quicūq;

sub ipso sunt exemplo prauitatis illius quasi umbra per  
ueritatis eius premuntur. **S**tac desup arbor infructuo  
sa & subter terra sterilis iacet. **I**nsup infructuose arbo  
ris desup umbra densatur & solis radius ad terrā des  
cendere nequaquā permittitur. **Q**uia dū subiecti qui  
libet patroni peruersi per uersa exempla conspiciunt  
**I**psi quoq; infructuosi remanentes ueritatis lumine pri  
uantur. **E**t pressi umbra calorē solis non accipiunt  
quia inde remanent ad dō frigidū unde in hoc se to  
male proteguntur. **S**ed de hoc peruerso quolibet  
& potente pene iā requisitio dō non est. **P**ostquā  
enī se perdidit querendū solūmodo est cur & alios  
premit. **U**nde bene eidē uinee dñi dicit. **U**t quid  
etiā terrā occupat. **T**errā quippe occupat qui mentes  
alienas grauat. **T**errā occupat qui locū quē tenet in bo  
nis operibus non exercet. **S**ed tamen nīm est pro talibus  
depcari. **N**ā cultor uinee quid dicat audiamus. **D**ñe di  
mitte illā & hoc anno usq; fodiā circa illā. **Q**uid est circa  
ficulneā fodere nisi infructuosas mentes increpare.  
**O**mīs quippe fossa inimo est. **E**t nimirū increpatio dū  
mentē sibi demonstrat humiliat. **Q**uociens ergo de  
peccato suo aliquē corripimus quasi exculture debito

circa infructuosā arborē fodimus. Post fossionē uerō  
quid dicat audiamus. Et mittā cophinū stercoris. Quid est  
cophinus stercoris. nisi memoria peccatorū. peccata & enī  
earnis stercora uocantur. Unde & per pphetā dicitur.

**C**onputruerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe  
conputrescere est in stercore suo. carnales quosq; in fetore  
luxurię uitā finire. Nos itaq; quotiens carnalē mentē  
de suis peccatis increpamus. quotiens ad eius memoriā  
uicia ante acta reducimus. quasi infructuosę arbori co  
phinū stercoris uersamus. ut malorū que egit memo  
ria recolat. & ad conpunctionis grām quasi de fetore  
pinguescat. Mittitur ergo cophinus stercoris ad ra  
dicē arboris. quando prauitatis sue consciencia tangi  
tur memoria cogitationis. Cūq; se per poenitenti  
am ad lamenta mens excitat. eūq; ad bonę ope  
rationis grām reformat. quasi per tactū sterco  
ris redit ad fecunditatē operis radix cordis. plan  
git quod fecisse se meminit displicet sibi quale  
fuisse se recolit. Incentionē contra se dirigit.  
atq; ad meliora animū accendit. Ex foetore  
igitur ad fructū reuiuiscit arbor. quia de con  
sideratione peccati ad bona se opera resusci

·tat animus. **E**t sunt plerique qui increpationes  
·audiunt. & tamen ad poenitentiã redire contempnunt  
·& infructuosi dō in hoc seculo uirides stant. **S**ed audia  
·mus quid cultor uinee adiungat. **S**i quidē fecerit  
·fructus. sin autē in futuro succides eam. **Q**uia profecto  
·cto qui hic non uult ad fecunditatē pinguescere.  
·per increpationē illic cadit. unde iã per poeniten  
·ciã surgere non ualet. **E**t in futuro succidetur.  
·quãuis hic sine fructu uiridis stare uideatur. **E**rat  
·autē docens in synagoga eorū sabbato. **E**t ecce mulier  
·que habebat spm̄ infirmitatis. annis decē & octo. **P**aulo  
·ante iã diximus. quia hoc trinus aduentus domini ad in  
·fructuosã ficulneã. quod decē & octo annorū numerus  
·ad curuã mulierē signat. **S**exto enī die homo factus  
·est. atq; eodē sexto die opera dñi cuncta p̄fecta sunt.  
·**S**enarius autē numerus in trigonū ductus. decē & octo fac̄  
·**Q**uia ergo homo qui sexto die factus est. p̄fecta p̄ra  
·habere noluit. sed ante legē sub lege atq; in exordio  
·inchoat̄<sup>an</sup> gr̄e infirmus extitit decē & octo annis curua  
·mulier fuit. **E**t erat inclinata. nec omnino poterat  
·sur sū aspicere. **O**m̄is peccator terrena cogitans. ce  
·lestia non requirens sur sū respicere non ualet.



Quia dū desideria inferiora sequitur, a mentis sue re-  
ctitudine curuatur. Et hoc sēp uidet quod sine inter-  
missione cogitat. Ad corda urā kmī frī redite. quod  
horis omībus incogitacionibus urīs uolucis aspiciete

Alius de honoribus. alius de pecuniis. alius de prediorū  
ambitu cogitat. Cuncta hęc in imo sunt. Et quando  
mens talibus implicatur. ab status sui rectitudine fle-  
ctitur. Et quia ad celeste desiderū non assurgit.  
quasi mulier inclinata sursum respicere nequaquā po-  
test Sequit. Hanc cū uideret mē. uocauit ad se &  
ait illi. Mulier dimissa es ab infirmitate tua. Et in-  
posuit illi manus. & confestim erecta est. Uocauit &  
erexit quia illuminauit. & adiuuauit. Uocat sed  
non erigit. quando quidē p̄ eius grām illuminamur  
sed exigentibus nrīs meritis adiuuari non possumus.

Perūq; em̄ uidemus que agenda sunt. sed hęc opere non  
implemus. Nitimur & infirmamur. Mentis iudicium  
rectitudinē conspiciet. sed hanc operis fortitudo suc-  
cūbit. Quia nimirū iā de poena peccati est. ut ex do-  
no quidem possit bonū conspici. sed tam̄ ab eo quod  
aspicietur contingat per meritū repellī. Uisitata  
& em̄ culpa obligat mentē. ut nequaquā surgere

possit ad rectitudinē conatur & labitur. Quia ubi spon-  
te diu persistit. ibi & cū noluerit coacta cadit. Bene-  
de hac nr̄a incuruatione. ex typo humani generis per  
psalmistā dicitur. Incuruatus sū & humiliatus sū usque-  
quaque. **C**ontēplatus est quippe qui ad supnā lucē intu-  
endā homo conditus fuerat. sed peccatis exigentib;  
foras missus mentis sue tenebras portat. supna non ap-  
petit. In infimis incendat. celestia nequaquā desiderat.  
terrena semp in animo uersat. & hoc quod de suo ge-  
nere doluit. In se ipso exclamauit dicens. Incuruatus sū  
& humiliatus sū usquequaque. **C**ontēplationē quoq;  
celestiū perdens si sola carnis necessaria homo cogitaret  
incuruatus & humiliatus esset. sed tamen usquequaque  
non esset. **Q**uē ergo a supernis cogitationibus non so-  
lū necessitas deicit. sed etiā uoluptas in licita aternit  
non solū incuruatus. sed usquequaq; incuruatus ē. Hinc  
alius propheta de immundis spiritibus dic̄. Qui dixerunt  
anime tue incuruare ut transeamus. Recta quippe stat  
anima cū superna desiderat. & nequaquā flectitur ad  
ima. Sed maligni sp̄s cū hanc in sua rectitudine stare  
conspiciunt per eā transire non possunt. Transire  
nāq; eorū est. Immunda illi desideria spargere

62

**D**icunt ergo. Incuruare ut transeamus. quia si ipsa se ad ima appetenda non deicit. contra hanc illorū peruersitas nullatenus conualescit. Et transire per eam nequeunt. quā contra se rigidam in superna intentione per timent. Nos ergo fr̄i km̄i. nos uia malignis in nobis spiritibz damus. cū terrena concupiscimus. cū ad tēpora lia appetenda curuamur. Pudeat ergo terrena concupiscere. & dorsa menciū ascendentibus aduersarius prebere. Terrā sēp intuetur. qui curuus est. Et quo p̄mo sic redēptus. non meminit. qui ima querit. Hinc etiā per moysen dicitur. Ut qui gybbo premitur. nequaquā ad sacerdotiū prouehat̄. Et quot quot xpi sanguine redēpti sumus. mēbra eiusdē summi sacerdotis efficimur. Unde nobis & per petrū dicitur. Vos autē genus electū regale sacerdotiū. Sed qui gybbū tolerat. ima sēp intuetur. & a sacerdotio repellitur. Quia quisquis solis terrenis intentus est. ipse sibi testis est. quod mēbrū summi sacerdotis non est. Hinc rursus pisces qui pennulas non

habent ab esu fidelis prohibentur. **P**isces uero  
qui pennulas squamarum habent dare saltus etiam  
sup aquas solent. Quid ergo pennatus piscibus  
nisi electe anime figurantur que profecto sole  
in celestis eccle corpus transeunt que modo pen  
nulis uirtutum fulge saltus dare etiam per celeste  
desiderium sciunt ut superna per contemplationem  
appetant quamuis in se ipsis iterum ex mortali car  
ne relabantur. Si ergo iam bona patrie celestis  
agnouimus displiceat nobis frs km̄ quod curui  
sumus. Ponatur ante oculos mulier curua &  
arbor infructuosa. Reminiscamur malorum que  
fecimus mittamus ad radicem cophinum stercoris.  
**U**t tunc in retributionis fructu pinguescat  
quod nobis hic per penitenciam fecerat. Et si  
uirtutum summa operari non possumus ipso ds̄  
nr̄o gaudet lamento. Ex ipsa ei iusticie incho  
atione placebimus qui in iusta que fecimus pu  
nimus. Nec mora erit in fletibus quia ter  
gent cicuis transeuntes lacrimas gaudia  
mansura per dnm̄ nr̄m ihm̄ xpm̄ qui uiuit  
& regnat in secula seculorum amen.

**ITE DE MARTIRIB; LECT SCI EVGT SCDM LVC**

**I**n illo dixit ih̄s discipulis suis. Siquis uult post me uenire abneget semet ipsū & tollat crucē suā & sequatur me & retiq.

**Q**uia dñs ac redēptor noster nouus homo uenit in mundū. noua p̄cepta edidit mundo.

**V**itē & enī nr̄e ueteri inuicē nutritē contrarie tatē obposuit nouitatis sue. Quid enī uetus. quid carnalis homo nouerat. nisi sua retinere. Aliena rapere si posset concupiscere si non posset. sed celestis medicus singulis quibusq; uicis obuiancia adhibet medicamenta. Nā sicut arte medicine calida frigidis. frigida calidis curantur. Ita dñs noster **in** xpc contraria opposuit predicamenta peccatis. Ut lubricis continenciā. tenacibus largitatē. iracundis mansuetudinē. elacis p̄ciperet humilitatē.

**C**erte cū se sequentibus noua mandata proponeret dixit. Nisi quis renunciauerit omnibus que possidet. non potest meus esse discipulus. Ac si aperte dicat. Qui per ueterē uitā aliena concupiscit. p̄ noue

conuersationis studium & uiam largimini. Quid  
uero in hac lectione dicat audiamus. Qui uult  
post me uenire abneget semet ipsum & tollat  
**I**bi dicitur ut abnegemus nostram. hic dicitur ut ab  
negemus nos. Et fortasse laboriosum non est ho  
mi relinquere sua. sed ualde laboriosum est relin  
quere semet ipsum. Minus quippe est abnegare  
quod habet. ualde enim multum est abnegare  
quod est. **A**d se autem nobis uementibus domini pre  
ceptum ut renunciemus nostris. quisquis ad fidei  
agonem uenimus. <sup>colluctationem</sup> luctam contra malignos <sup>spes</sup> sumi  
mus. Nihil autem maligni spiritus in hoc mundo  
proprium possident. Nudi ergo cum nudo lucta  
ri debemus. Nam si nudus quisque cum nudo  
luctatur. citius ad terram deicitur. quia  
habet unde teneatur. Quid enim sunt ter  
rena omnia nisi quedam corporis indumenta. Qui  
ergo contra diabolum ad certamen properat uesti  
menta abiciat ne succubatur. Nihil in hoc mundo  
amando possideat. nullas rerum labencium delec  
tationes requirat. ne unde ad uocatum cogitur.  
ad casum inde teneatur. Nec tamen sufficit